CLARUS SAGA

CLARI FABELLA

ISLANDICE ET LATINE

EDIDIT

G. CEDERSCHIÖLD

LUNDÆ MDCCCLXXIX
SUMPTIBUS C. W. K. GLEERUP

CLARUS SAGA

CLARI FABELLA

ISLANDICE ET LATINE

EDIDIT

G. CEDERSCHIÖLD

LUNDÆ MDCCCLXXIX
SUMPTIBUS C. W. K. GLEERUP

Typis in officina sua fusis expr. Fr. Berling.

Ex iis fabulis, quæ his nostris temporibus apud gentes scandicas feruntur, unam alteramve ex artificioso illo et nitido poësis genere, quod per ultima medii ævi sæcula in terris Europæ humanitate excultissimis et præcipue in domibus regiis floreret, originem duxisse jam satis probatum est. Et quidem in illis fabulis scandicis, quæ nostra ætate in ore omnium vigent, sæpe explicatur, quo modo virgo regia superba et insolens eademque divitiarum avida a proco repudiato vincatur, deinde autem, postquam rebus adversis conflictata sit, in pristinam dignitatem tollatur. Cujus rei priorem partem H. C. Andersen in narratione illa de subulco (Svinedrengen) tractavit; ad finem res perducta est in fabula norvegica: Haakon Borkenskjæg (vid. Norske Folkeeventyr ed. Asbjörnsen og Moe). Ac si litteras ceterorum Europæ[1] populorum respicimus, haud scio, an usque ad hoc tempus nulla hujus rei vetustior expositio inventa sit quam præclara illa fabula, quam in priore sæculi XVI^mi parte de filia comitis Tolosatis et de comite Barcelonensi composuit Luigi Alemanni.[2] Jam vero contendere audemus plus duobus sæculis, antequam vixerit Alemanni, fuisse poëma latinum, in quo hæc ipsa res simplicitate antiqua summoque et in ratione instituenda et in rebus explicandis artificio plene ac perfecte exponeretur, atque peropportune factum esse, ut hoc poëma nomine Clarus Saga[3] *soluta oratione in linguam islandicam converteretur, quæ quidem interpretatio nunc primum tota editur.*[4]

---

[1] *De fabulis quibusdam Persarum et Arabum similes res tractantibus non opus est hoc loco commemorare.*

[2] *Bianca, figliuola del conte di Tolosa, ricusa di sposare il figlio del conte di Barcellona etc. Hujus narratiunculæ me admonuit D:r Reinholdus Köhler, Bibliothecarius Wimariensis, qui præterea de re universa delegavit ad Grimm, Märchen, N:o 52, — Pröhle, Kinder- und Volksmärchen, N:o 2, — A. Kuhn, Sagen, Gebräuche und Märchen aus Westfalen, Tom. II, p. 251 (N:o 17), — Grundtvig, Gamle Danske Minder, Tom. III, p. 1, — G. Basile, Il Pentamerone, IV, 10. — L. Gongenbach, Sicilianische Märchen, N:o 18, — G. Pitrè, Fiabe, novelle e racconti popolari siciliani, N:o CV, — T. Gradi, La Vigilia di Pasqua di Ceppo, p. 97, — Knast, Italienische Märchen, N:o 9 (Jahrb. f. roman. u. engl. Lit. Tom. VII), — Konrad von Würzburg, Die halbe Birn (v. der Hagens Gesammtabenteuer, N:o X), — et Simrock, Die Quellen des Shakespeare, 2 Aufl., Bd. I, p. 214, 215 et 242 sqq.*

[3] *Etiam inscribitur:* Clarus saga keisarasonar *aut* Sagan af Clarus *(l.* Claro*)* keisarasyni ok Serena *(l.* Serene *l.* Serenu*)* konungsdóttur. *Nomen* Clarus, *quod in antiquissimo codice latinam retinet flexionem, jam anno fere 1360* Klárus *(l.* Klárús*) pronuntiatum fuisse satis apparet ex ea scribendi ratione, quæ pag. 4[36] hujus contextus occurrit. — Atque ex ipsa nominum similitudine forsitan adducatur quispiam, ut credat in antiquo illo poëmate gallico Eledus et Serene, quod in codice N:o L. gall. Reg. Bibl. Holm. invenitur (cfr. Stephensii Catalogum p. 145), de eadem re exponi. Quod tamen longe aliter se habere argumentum illius carminis vel leviter inspicienti satis apparebit.*

[4] *Duæ tantum minores hujus fabellæ partes publici juris antea factæ sunt. Vide infra.*

Atque ipsa illa verba, unde incipit narratio, testimonio sunt, Jón Halldórsson episcopum (episcopus autem fuit in Skálholt in Islandia 1322—39) hanc fabellam in Gallia invenisse latinis versibus conscriptam eamque in linguam islandicam reddidisse.[1] *Hunc autem virum constat natione Norvegum*[2] *Bononiæ et Parisiis litteris operam dedisse et narratiunculis ad mores juventutis instituendos aptis, quæ illis temporibus ferebantur (cfr. Gesta Romanorum et tales collectiones), valde delectatum multas ejusmodi fabellas, quarum magna pars etiamnunc restat*[3], *aut ipsum interpretatum esse aut interpretandas curavisse. Sed etiam ex ipsa hac fabula argumenta peti possunt, unde efficiatur hanc narrationem e lingua latina conversam esse et quidem totidem fere verbis translatam; ut reperiuntur constructiones quædam ad linguam latinam prope accedentes; ocurrunt nonnullis locis voces latinæ (sæpissime in Capp. X et XI et præterea v. c.* signum *11^{24}*, solarium *12^{73}* titul *15^{48}* limitem *15^{53} et alia) et latini quidam lusus verborum, quos dicunt (1^{25} sqq., $4^{61\ 64}$, 7^{40}). Quid? quod in ipsis verbis eligendis nonnumquam dubitatio quædam inesse videtur (4^{10}, 15^{8}). Ex quibus rebus satis apparet contextum islandicum e narratione quadam litteris consignata conversam esse. Neque tamen negamus in hac fabula, quamquam confecta jam aurea ætate litterarum norvego-islandicarum conscripta sit, non exiguam linguæ islandicæ tractandæ facultatem apparere et orationem quasi domestico quodam colore nonnumquam pictam et ornatam esse (ut in proverbiis islandicis usurpandis, 14^{25}, 15^{45}).*

Vix quidem sperari possit poëma illud latinum, e quo reddita sit hæc fabula, ad nostram memoriam esse servatum. Certe duo viri litterarum medii ævi peritissimi, Reinholdus Köhler et Gaston Paris, quum ex is quærerem, negaverunt ullum ejusmodi carmen sibi cognitum esse. Inter illas autem narratiunculas, quæ aut ad idem tempus pertinent aut vetustiores etiam sunt, nullam inveni, quæ easdem fere res contineret, præter fabellam 195tam in Gestis Romanorum (pag. 603 in editione Œsterleyi, Berolini 1872); præterquam, quod pars quædam capitis 163 ejusdem libri ad illud, quod præcipit Perus in hac fabula (2^{28-30}), prope accedit.[4]

---

[1] *Verbum* "sagđi" *(= narravit l. narrare solebat) quamquam sane indicare potest Jón Halldórsson hanc fabellam audientibus narrasse, tamen, si contextus islandicus ab aliquo, qui fama tantum et auditione hanc fabellam accepisset, conscriptus fuisset, dubium non est, quin ipsum scribendi genus ad narrationes vere islandicas multo propius fuerit accessurum. Neque vero necesse est statuere illud* ágætrar áminningar *(clarissimæ memoriæ vir), quod episcopum jam mortuum esse indicat, ad primum pertinuisse contextum islandicum.*

[2] *Quamquam rem non sane maximi momenti esse existimamus, tamen liceat monere vel studium fabellarum illarum mirabilium, quæ in media et meridionali Europæ parte compositæ erant, in Norvegia multo et maturius et acrius exstitisse quam in Islandia, vel codicem antiquissimum eorum, qui ad nostram ætatem permanserunt (A; cfr. infra), in ipso sermone multas res linguæ vere norvegicæ proprias præbere; ut propter sequens* u *vocalis* a *sæpe non commutatur, et* h *ante* l, n, r *excidit et forma* miđ *(21^{6}) pro* vid *occurrit et similia.*

[3] *Cfr. quum alios libros tum Biskupa Sögur II (Kphfn 1878) 223 sqq. et Finni Johannæi Histor. Ecclesiast. Islandiæ II (Havniæ 1774) p. 61 sqq. Cfr. etiam ea, quæ sequuntur.*

[4] *Tamen facere non possum, quin viam quandam monstrem, quam qui ingressus sit, fieri possit, ut de carmine latino aliquid cognoscat. Nam ille ipse Perus magister, qui in hac fabella tantas agit partes, in tribus aliis narratiunculis, quas idem Jón Halldórsson interpretatus videtur, (formis expressæ sunt in Gislasonii Pröver, Kbhvn 1860, pagg. 419—427), quarum quæ tertium habet locum valde congruit cum hispanico illo: Libro de Patronio (l. Conde Lucanor, script. anno fere 1332) Enxemplo XI, De lo que acaeció á un dean de Santiago con don Illan el grant maestro, que moraba en Toledo. — Köhler hoc me monuit.*

Itaque, quum sperarem fore, ut hac fabula viri litterarum antiquiorum peritissimi in sua quisque patria ad hanc quæstionem investigandam impellerentur, quo facilius fabula intelligeretur, interpretationem addidi latinam ad contextum islandicum, quam proxime fieri potuit, accedentem.

Archetypus Clari fabellæ liber jam amissus est; tamen ad nostram permanserunt ætatem duo veteres libri exscripti, alter ab altero non pendens, qui a primo illo exemplo non multum abesse videntur; quorum ex utroque quattuor exempla recentiora orta sunt. Itaque decem illi, qui reliqui sunt, libri manuscripti in has duas partes distribui possunt:

I. 1. Codex Arnæ-Magnæanus 657 B quadratus, membranaceus (quem signo A indicamus) omnium vetustissimus et optimus est; a Gislasonio[1] *ad tertiam sæculi XIV^mi quartam partem refertur.*[2] *Et Clari quidem fabellæ desunt prima pars* (1^{1}—2^{25}) *et una plagula sub finem (resp.* 17^{62}—20^{18}).

2. Reliquiæ quædam codicis membran., quæ ad librum ex A exscriptum pertinuerunt; servantur in N:o 567 libr. quadrat. Arnæ-Magn. tres plagulas laceras continentes (resp. 3^{1}—4^{60}, 8^{32}—10^{23}, 13^{57}—15^{42} *contextus nostri), ad sæculum XVI^mum referendæ videntur.*

3—5 Tres codices chart. ab A, amissa jam prima parte; quod damnum sarcire scriptor conatus est initio summatim et breviter ex alio quodam fonte allato.[3]

3. Cod. chart. 13 quadr. Bibl. Reg. Holm. (quem nos ε vocamus) intra annos 1670

---

[1] *Firę og fyrretyve Pröver af Oldnordisk Sprog og Literatur, pag. VII.*

[2] *Continetur hoc codice præter Clari fabellam magna pars narratiuncularum islandicarum* (æfintýri) *quarum plurimas, ut Clari fabellam, Jón Halldórsson e lingua latina reddidisse videtur, nonnullas alius fortasse, auctoritate episcopi inductus. Sed quoniam de iis, quæ his fabellis continentur, brevi tempore alio loco exponere in animo est, satis erit hic attulisse illa verba, quæ post Clari fabellam in extremo codice occurrunt; quamquam dolendum sane est nonnulla exstincta esse. Hæc tamen fuisse scripta nostro jure videmur affirmare:* Til nǫckurs....... a eptir/ snerv heimsins vitringar æ lætinv margskonar fræđum þeim er mikit hrađa..a/...myrkva þok. fyrir alþyđv. Enn af þi at æigi hafa aller þa giǫf lotit af g...skra *(?)* þa/ uilivm ver til norænv færa þav eventyr er heverskvm monnvm hefir til skemtanar at h..... ok../..ser međ m........ gaman Tokvm ver æigi þetta starf æ oss fyrir þann skylld at ver treystvmz/..... giort þetta framaʀr enn ađrir værir iafningiar helldr af ben kvmpana þeirra er ver megvm/...............ma þers hins litla er ver kvnnum melvm ver þetta æigi af þvi at ver fryium/..............eptir sinvm giǫfvm sem hann sier at hverivm hæfir helldr þviat þetta er litils vert/ hia þ......kia snilldar avđ *(?)* er hann hefvir isvmra manna briost lagit

[3] *Incipit autem codex n:o 3 ita:* 1 Capitule. Fyrir Saxlande riede keijsare nockur, huors nafn eckj greinir i þessari sógu *(*sa keisare, er Commedius nefndest *n:o 5)*; hann hiellt helga tru og christiliga side j óllum synum rijkium; hann var rijkr og volldugur, vitur og vinsæll. Hann hafdi feingid sæmiligtt konfang af hinum gófugustu ættum. Enn ad litlum tyma lidnum fæddi drottning suejnbarn harla fagurtt, so þad var flestra manna ordtæki, ad alldri munde fædast fegre skiepna j þennann heym. Hann var skjrdur efftir christinna manna sid og var nefndr Cläris *(*Klares *n:o 4*, Clarus *n:o 5)*; hann oox upp ä gardi fódr sijnz; vnne honum óll hirdinn þegar ä vnga alldre. Hann var settur til böknämz, er tyme var til þess; hans föstre edur læri meistare hiet Perus *(*Peris *n:o 4*, Pirrus *n:o 5)*; hann kunne j þröttir framm yfer alla meistara ä nälægum lóndum. Clariz kom sier vel vid alla, einkannliga vid sinn meistara. Er hier skiott yfir ad fara, ad hann nam allar bokligar lijstir ä stuttum tyma. Kongr fieck honum virdugliga suejna honum til þiönustu. Þad var eirn dag, ad þeir meistare Perus og Claris kongsson ridu vt vm stræte med fridum skara *etc. (cfr.* $2^{25\ 26}$*)*.

—80[1] *scriptus, ex his tribus vetustissimus; deest extrema pars (inde a* 24^{10}*); ex ipso* **A** *exscriptus videtur sed a scriptore negligente.*

4. *Cod. chart. II, 138 in collectione librorum manu scriptorum societatis litterariæ Islandicæ* (Hit Íslenzka Bókmentafèlag) *Harn. ex ultimo sæculo antecedenti.*[2] *Extrema pars deest (inde a* 22^{8}*).*
5. *Cod. chart. 4870 in Musco Britannico ejusdem fere ætatis, atque n:o 4; sed ipsa expositio magis in breve coacta et quasi recentiore scribendi genere confecta est.*

II. 1. *Cod. membr. 6 quadratus Reg. Bibl. Holm. (quem* **B** *vocamus) ab anno fere 1400*[3]*; ex illis autem fabulis, quæ in hoc tantæ auctoritatis codice occurrunt, Clari fabula ultimum tenet locum; in media fabulæ parte duæ desunt plagulæ* (9^{19}*—*12^{73}*), amissa est etiam plagula extremæ proxima* (20^{54}*—*22^{59}*); extremæ plagulæ tantum interior schedula restat, cujus posterior pars vix legi potest.*

2. *Cod. ArnæMagn. 179 in folio chart. (= δ), e medio sæculo XVII*^mo^[4] *ex* **B** *diligentissime exscriptus nondum amissa priore plagula* (9^{19}*—*11^{11}*) earum, quæ e media fabulæ parte exciderunt; quæ enim in ea continentur, hic exscripta sunt sequente annotatione* hier wanntar mijkid i kalfsskinnuna; *extrema pars (inde a* 15^{63}*) amissa est ac præterea earum, quæ restant, plagularum partes quædam humore deletæ sunt.*
3. *Cod. ArnæMagn. 589 D quadratus membr. (= C), quem testatur Gislasonius*[5] *secunda sæculi XV*^mi^ *quarta parte scriptum esse (nobis quidem potius paulo recentior esse videtur); ex* **B** *aut saltem e libro, qui a* **B** *prope abfuit, originem ducit; tamen et quidem maxime in extrema parte narratio valde contrahitur. In* **C** *nihil deest præter prima verba (ad* helldr jafnvel 1^{12}*), quæ anno fere 1700 (fortasse ex codice sequente) in affixa chartæ schedula adscripta sunt.*
4. *Cod. ArnæMagn. 181 E in folio chart. e medio sæculo XVII*^mo^[6]*, e duobus fontibus originem duxisse videtur, utpote quum initium (Capp. I, II et pars quædam capitis III) e libro* **B** *(exordium tamen* 1^{1-49} *non ex ipso libro et alia manu), cetera ex* **C** *exscripta sint.*
5. *Cod. 31 quadr. in collectione Raskii (in Reg. Bibl. Univ. Harn.) ab ineunte sæculo XVIII*^mo^*; cujus scriptor quamquam librum e* **B** *transcriptum secutus est, tamen multa sæpe licenter mutavit atque etiam in extrema fabulæ parte narrationem, quam ipse finxisse videtur, de duobus Clari et Serenæ filiis inseruit.*

Vel ex his, quæ in brevi conspectu posuimus, judicari possit, quanti quisque eorum, quos enumeravimus, codicum æstimandus sit in contextu hujus fabulæ ita constituendo, ut ad primum illum et principalem librum quam proxime accedat. Primum enim apparet maxime consulendos esse duos illos codices principales **A** *et* **B** *(I, 1 et II, 1), quorum neuter ab altero pendeat, deinde libros ex his transcriptos non usurpari debere nisi illis locis, ubi in* **A** *aut* **B** *aliquid desit; tum vero e libris transcriptis eos, qui vetustiores sint atque*

---

[1] *Cfr.* *Arwidsson: "Förteckning öfver Kgl. Bibliothekets i Stockholm Isländska Handskrifter", pp. 123—24.*

[2] *Majorem libri partem in Hólar in Hjaltadal anno fere 1774 scriptum esse testatur S. Jónasson,* Skýrsla um Handritasafn Hins Isl. Bókmentafèlags, *p. 62. Quum mihi ipsi non liceret hunc codicem inspicere, amicissimus meus, Björn Magnússon Olssen, qualis esset ille liber, certiorem me fecit.*

[3] *Cfr. Arwidsson: "Förteckning" etc. pp. 16—18; Kölbing, Riddarasögur pp. I, II.*

[4] *Cfr. Kölbing l. l. p. III. et Cederschiöld et Wulff Versions nordiques du fabliau français "Le mantel mautaillié" p. 35.*

[5] *Pröver l. l.*

[6] *Cfr. Kölbing, l. l. Cederschiöld et Wulff l. l.*

ex his ipsis A et B exscripti, ceteris præferendos esse. Ut si prius illud genus respicitur, illud, quod deest 17^{62}—20^{18} in A, ex ε (I, 3) restitui potuit [1]; sin alterum genus, omnia, quæ in B desunt, e C (II, 3) et præterea 9^{19}—11^{11} e δ (II, 2) expleta sunt.

In contextu autem, quem formis exprimendum curavi, constituendo, codicem A potissimum secutus sum, utpote qui omnino a libro principali propius quam B abesse videretur; sed quoniam satis apparet eum, qui A transcripserit, nonnumquam expositionem in breve coëgisse [2] atque etiam verba ad sententiam intelligendam necessaria transisse et nonnullis locis alio modo errasse, semper librum A cum altero illo codicum genere (cum B et, ubi opus fuit [3], cum C et δ) comparavi, e quibus libris eas lectiones, quæ lectionibus codicis A præferendæ visæ sunt, in contextum recepi, eas autem, quæ etiamsi non sine controversia meliores dici possint, tamen, quæ cognoscantur, digna videantur, in annotationibus sub contextum inserui. Initium vero fabellæ apparet necesse fuisse e B exprimi, quum a primo codicum genere destitueremur. At contra dubium esse possit, fueritne causa, cur in parte illa 17^{62}—20^{18} librum ε ex A transcriptum sequeremur; tamen tutius et melius nobis visum est librum B adhibere, quem propter incuriam et negligentiam ejus, qui ε exscripserit, libro ε anteponendum existimavimus. — Jam vero ea, quæ attulimus, in hoc brevi conspectu iterum ponimus:

1^{1}—2^{25} *(contextus nostri) expressum est ex B (Cod. Holm. membr. 6 quadr.)*
2^{25}—9^{19} *ex A (Cod. A. M. 657 B quadr.) comparato cum B.*
9^{19}—11^{11} „ „ „ „ *comp. cum C (A. M. 589 D quadr.) et δ (A. M. 179 fol.)*
11^{11}—12^{73} „ „ „ „ „ „ „ „ .
12^{73}—17^{61} „ „ „ „ *comparato cum B.*
17^{62}—20^{18} *ex B, comparato cum ε (Cod. Holm. chart. 13 quadr.)*
20^{18}—20^{54} *ex A, comparato cum B.*
20^{54}—24^{55} „ „ *comparato cum C et cum illa cod. B schedula, quod quidem legere potuerim.*

In contextu librorum formis exprimendo quum ad usitatam illam scribendi normam verba referre nollem, quo magis ad usum eorum, qui in his studiis versarentur, hæc editio accommodaretur, omnia ea, quæ in ipsa verborum et litterarum scribendarum ratione maximi momenti essent, immutata servavi. [4] *His tamen potissimum in rebus ab ea scribendi ratione, quæ occurrit in libris, decessi:*

1. *Primum omnia verba compendiis scripta plene et perfecte scripsi neque in annotationibus attuli nisi ea, quæ ambigua visa sunt. Et quidem in transcribendo eam verborum formam secutus sum, qua in libro, e quo transcripsi, utuntur illa verba sine compendio scripta, ut* þers *(*þersa *et c.) in A* [5] *et B,* giǫra *et* morginn *(non* gera *et* myrginn*) in A,* gengr *(*gengit *et cet.) in A, sed* geingr *in B. Quæ autem verba plene scripta in libro num-*

---

[1] *Initium tamen (1^{1}—2^{25}) non potest constitui ad libr. I, 3–5.*

[2] *Omnino ii, qui hos libros transcripserunt, copiosam illam et verbis abundantem principalis libri expositionem in breve cogere conati videntur; atque etiam (ne plura afferam) vocabulum* manér *in libris quibusdam recentioribus sæpe omissum est, propterea quod, quid significaret, non intellexerunt librarii; quod quidem vocabulum 3^{1} C* mannvit, *ε* manndómr *interpretatus est.*

[3] *Etiam illis locis, qui in B restant, lectiones libri C nonnumquam afferuntur, vel quia locus in B vix legi potuit, vel quod illud, quod in C legitur, commemoratione dignum visum est.*

[4] *Fortasse hoc loco monendum est me etiam in verbis conjungendis disjungendisve libros secutum, ita ut vel partes verborum quorundam, quæ vere composita existimanda sunt, disjungerem vel* i *præpositionem cum nomine sequenti scribendo conjungerem.*

[5] *Tamen in A uno loco (9^{64})* þessa *occurrit.*

quam occurrunt, eorum formas ad eum usum accommodavi, quem eadem ætate viguisse ex aliis fontibus mihi cognitum est; ut scripsi kongr, þeirra *(*-rrar, -rri*), quum ex A tum ex B. Compendii autem notam, quæ est* ˢ, *in fine verborum usurpatam ex utroque libro per* -ir *reddidi, quamquam A in verbis plene scribendis non semper* -ir *utitur nisi iis locis, ubi antecedens syllaba* i *habet, ceteris locis sæpius fere* -er *usurpat.*

2. *Deinde ea discrimina, quæ ad litterarum formas pertinent, non indicavi ut inter* í *et* ı *(quorum utrumque littera* i *indicavi) inter* ſ *et* s *(utrumque littera* s *significatum) inter* r *et* ꝛ *(quorum utrique* r *respondet).* [1]

3 *Tum vero lectiones e B vel C in A inserens eam verborum scribendorum rationem, quæ in A occurrit, secutus sum.*

4. *Eorum denique vocabulorum, quæ aut nomina propria sunt aut unde sententiæ incipiunt, primam litteram grandem usurpavi; inter sententias recentiorum modo interpunxi; capita in minutas partes distribui.*

Fabellæ Clari duæ partes minores antea editæ sunt: 1^{9}*—*8^{13} *a C. R. Unger in "Oldnorsk Læsebog" (Christiania 1863) pagg. 80—86, quo in libro contextus ad B expressus est acceptis nonnumquam lectionibus libri A* [2], *et* 9^{1}*—*10^{28} *a K. Gislasonio in "Fire og fyrretyve Prøver" etc. (Kbhvn 1860) pagg. 433—35, qui majorem partem librum A secutus est (cfr. l. l. pag. VII).*

Præterea J. Fritzner in "Oldnorsk Ordbog" (Christiania 1867) nonnullas attulit voces commemoratione dignas, quæ in libris hujus fabulæ usurpatæ sunt. Quo in libro quum contextus fabellæ plurimis locis ita citetur, ut indicentur plagulæ et paginæ codicis B, quo facilius reperiantur loci laudati, hoc modo nostrum contextum cum cod. B comparare liceat:

128b = 1^{1}—2^{13}	130a = 4^{3}—4^{69}	132a = 7^{31}—8^{27}	134a = 14^{65}—15^{60}	136a = 18^{54}—19^{56}
129a = 2^{13}—3^{5}	„ b = 4^{69}—5^{67}	„ b = 8^{28}—9^{19}	„ b = 15^{60}—16^{58}	„ b = 19^{56}—20^{54}
„ b = 3^{6}—4^{3}	131a = 5^{67}—6^{46}	133a = 19^{73}—13^{67}	135a = 16^{58}—17^{56}	137 = 22^{59}—24^{55}
	„ b = 6^{46}—7^{30}	„ b = 13^{68}—14^{64}	„ b = 17^{56}—18^{54}	

Illud quoque afferendum videtur, si Historiæ Literariæ Islandiæ Halfdani Einari (Ed. nov. Harniæ MDCCLXXXVI) pag. 102 cum pag. 106 not. b. comparata, fidem habere liceat, hanc fabellam posteriore tempore versibus refictam esse. Neque tamen, quamquam a multis quæsivi, mihi contigit, ut, ubi hæ rímur *invenirentur, cognoscerem.*

Restat, ut summas gratias agam vel Edvardo Berling, Petro G. Thorsen, Gustavo E. Klemming, *viris præstantissimis et bibliothecis Lundensi, Harniensi, Holmiensi Præfectis, quorum liberalitate factum est, ut tribus hujus fabellæ codicibus Lundæ uti possem, vel* Samueli J. Cavallin, *Docenti et collegae meo, qui e suecano sermone in latinum vel fabellam ipsam vel præfationem meam convertit.*

---

[1] *Contra* ʀ *retinui quamquam hoc signum principalem illam vim litteras* rr *indicandi aliqua ex parte in A atque in B omnino fere amisit, ita ut idem prorsus quod* r *significet (*ʀ́ *per* ʀr *redditum est). Præterea, quamquam vix sane opus fuit, id discrimen servavi, quod est inter* u *et* v *atque inter* i *et* j.

[2] *Paucis quibusdam locis Unger mutationes, quas sequi mihi quidem minus necessarium videtur, in contextum inseruit, ut ante* mikillar 1^{37} ok *et post* þridiungi 1^{41} heimsins *scripsit.*

CLARUS SAGA.

CAP. I.

ÞAR [1] byrium vær vpp þersa frasôgn, sem sagdi virduligr herra Jon biskup Haldorsson agætrar aminningar, — enn hann fáán [2] hana skrifada med latino j Franz j þat form, er þeir kalla *rithmos*, enn vær kôllom hendingum, — ok byriar suo:

Ath Tiburcius, Saxlands keisari, styrdi sitt [3] ʀiki med myklum heidri ok soma. Eigi ath eins var keisarin frægr af sinni stett ok tignn, helldr jafnuel af allra handa aurleik, her med rikdomi gullz ok gersema ok dyʀra vefia ok allra kongligra gersema med frido fylgi fagurligra ʀiddara. Her med studdo keisarans kruno marger agætir hofdingiar, styrkiandi hans ráád ok ʀiki med ôllum matt [4] ok megni ok sinni audmiukri þionosto.

Keisarin var kvæntr ok atti virduligha drottningo, vel mannada ath ætt ok konglighu kyni — ok j alla stadi heidarlighum hôfdingia ynniligh. Þau keisari ok drottning hôfdo att sin j medal einn son; sa er Clarus nefndr. Rettligha ok vidrkæmiligha feck hann þat nafnn, — þuiat *clarus* þydiz vpp áá vort mal ʻbiartrʼ, — sakir þers, ath j þann tima var eingi vænni madr j veroldo med holld ok blod. Her eptir for hans vôxtr ok afl med frabæʀi vizsko ok attgiorfi. Ok þat fyrsta er hann hefir alldr til, er hann til bækr setr, eptir þui sem rikra manna sidr er til j þeim lôndum med sina sono, ath svara ok spyria af siaufaldri list, ok til feingin sa vildazsti meistari, sem j beid keisarans riki, honum ath kenna. Ok sakir vndarligrar mikillar skilninghar, er hann bar yfir huern man, þa stendr hann eigi môrg áár j skolanum, adr hann ma heita yfir meistari allra þeirra, sem j þersum þridiungi voro, er Eropa heitir. Ok medr þui ath keisarin vndirstendr af sinni vizsko, ath hans son hefir yfrin efni til ath verda mykil madr ok mektugr, þa vil hann þat nu eigi spara vid hann; ok sakir þers, ath honum þickir enn oflitit numit, hugsar [5] (hann) vm, huert áá lônd hann skal þers meistara leita fara, sem enn af ny [6] mætti geyraz [7] typto meistari hans sonar ok nockurra þeirra lista, sem voro vsenar ok fááheyrdar j þeim lôndum.

CAP. II. [8]

J þenna tima spurdiz af einum mektugum meistara vtt j Arabia, sem Perus het ath nafni, frabæʀar speki ok vizsku yfir fram

[1] *Initium contextus (ad* 2^{25}*) ex codice B* [2] *Sic (=* fann*) B* [3] *Sic B* [4] *Sic B* [5] *Legi potest* hugsaz *B* [6] *Sic (pro* nýju*) B* [7] *Sic (=* göraz*) B* [8] *Inscriptio capitis:* Af meistara Pero capitulum *B*

alla menn j veroldinni, af huerium vida er lesit j bokum — ok mórg æfuintyr vid snertr af sinum listum ok klokskap. Suo mykit berzst keisarin firir, ath hann giorir sendi boda suo langan vegh landz ok siofar, ath hann lockar til þenna meistara sik heim ath sækia med fögrum febodum ok blidum firir heitum, til þers ath hans son meghi hluttakari verda hans margfroda meistara doms.

Ok huath meira? enn þetta ferr fram, ath keisarans sendibodar koma aptr j mattulighann tima med fyʀ nefndann mann. Tekr keisarin honum med hinni mesto mekt ok virdingh; ok nu þegar geingr Clarus keisara sŏn vndir hans læringh. Fer nu suo fram langha [1] tima, ath keisara son bætti mikit sitt næmi; þickir honum ok allt sem vngmennis leikr eda barna vipr, þat sem hann hafdi adr numit, hia klerkdomi ᴍeistara Peri.

CAP. III. [2]

EN sem ᴍeistari Perus hefir her leinghi dualiz, berr suo til einn dag: sem þeir keisara son ero spaze[**97**]randi [3] vti með friðum skara ok fagrlegri fylgð sinna [þionostu manna [4], tekr hann sva til orðz við keisara svn: "Þer skulot dikta inátt [5] eina .v. versa af litlv ęventyre ok bera framm i morgin eptir prima mál. Enn þetta skal efni i [6]: Alexander heitir Fracka kongr, yfrit rikr ok mektvgr. Hann á eina dottvr yfrit [7] vęna ok vel mannaða; sv [8] heitir Serena; þott leiti vm alla verolld, finnz eingi vęnni [9], vitrari ne kurteisari; þviat sakir hennar vizkv lytr nalega at henni ǫll stiorn rikissins [iafn frami [10] sialfum kongi. Hon helldr einn rikan tvrn i kongsins hasætis [11] borg með .lx. [12] rikborinna meyia, ǫllum ser heimolligvm til þionostu. Hin [13] fremzta af þeim [14] heitir Tecla; hon er dottir Skota kongs. Einginn karlmaðr skal inn koma ihennar herbergi fyrir vtan sialfan konginn ok hennar þionostv sveina; .ᴍ. vępndra [15] riddara vaka [16] natt ok dagh vmbergis i þeim svǫlvm, sem fyrir [17] vtan erv tvrninn, verndandi ok geymandi frvennar nað við ǫllum herskap ok leyniligu(m) á laupum. Þat er [18] til marks vm makt ok maner þersarar kongs dottvr, at fyrir hennar fotum, [þar sem hon sitr [19], liggr ein lééna, sva mivk sem eitt lamb, ok iafn framm [fyrir henni [20] rennandi, hvert [er hon gengr [21]. Sva miǫk er hon prydd vizku [22] ok klerkdomi, at æigi sinnaði [23] hon meira þinv nęmi enn eins akrkarls. Sé [24]," segir ᴍeistari Pervs, "vti er efnit; gior her gott af!"

Ok nu skilia þeir sitt tal; ganga þvi nęrst til borðz, — ok etr keisara svn litið. enn drekkr minna, — ok siðan til sængr, ok sofa af þersa nátt.

At komanda morni sem þeir finnaz Clarvs kongs svn ok ᴍeistari Pervs, spyʀ Pervs [eptir, ef [25] giǫrr [26] se versin. Keisara svn svarar á þersa leið: "Vakat hefir ek i alla nátt ok annat gǫrt enn versat; þviat mer hygz sva at þersari ivngfrv, sem þer hafit fra sagt, at ek man þar meira við skyllda enn einum .v. [27] versvm; þviat rett eptir sialfs þins sǫgn [veit ek

---

[1] langan *C* [2] *Inscriptionem capitis legere non potui* [3] *Hinc incipit cod. A* [4] *a* [þenara *B* [5] segir hann *B* [6] vera *add. B* [7] geysi *B* [8] er *B* [9] henni *B* [10] *a* [*sic A;* jafnnfram *B* [11] höfud *B* [12] fiorutigum *B* [13] Einn hin *B* [14] hennar þionosto meyium *B* [15] væpntra *B* [16] *Sic B, obscure A* [17] *Sic B, om. A* [18] eitt *add. B* [19] *a* [*sic B, om. A* [20] *a* [ferr hon henni firir *B* [21] *a* [sem frvin er gangandi *B* [22] völsko *BC* [23] sinnar *B* [24] *Legi potest* Se (= Sem) *A*; Suo *B* [25] *a* [*bis A;* eptir keisara son, huortt *B* [26] *Sic A* [27] *om. B*

enga ivngfrv minni makt ok maneri makliga fyrir vtan þersa [1]."

Sem meistari Pervs heyrir þetta, þegir hann vm stvnd, ok eptir litinn [2] tima segir hann af micklvm mođi: "Guđ fyrir lꜳti mer, at ek gaf þer sva v þarft efni! Þviat ek sagđi þer þat eina af þersi kongs dottvr, er gott var ok viđrkemilikt; enn hitt er myčklv fleira [3] af henni at segia, er illt er ok [v uiđrkęmilight [4]; þviat hversv margan dyran dreng hon dꜳrađi allt her til međ sinv kvkli ok klokskap, verđr seint talit, þann sem sama erendis for ok nv vili þer fara. Ok þi [gior sva vel, hinn elskuligzti svn! [5] ok leggit burt þađan yđarn hug! Þviat eingi lifandis [6] mann [7] fęr moti sieđ hennar kyndvgskap."

Ok allt vm eins stendr keisara svn ꜳ sinni tęlv gallharđr, segiz alldri mega nꜳđir fá fyʀ, enn hann litr þersa ivngfrv. Meistari Pervs svarar ok segir hann mickla blygđ af mvnv fá, ef hann fæz her i, segir hann æigi sva gođs mvnv verđan, at hann nai at sia hennar a sionv bera [8].

Hvat þarf her langt vm? Fꜳm dęgvm heđan liđnvm gengr Klarvs keisara svn fyrir feđr sinn ok segir honvm allt viđtal þeirra meistara Peri, biđiandi her međ mikillega [9], at hann liai honvm sinn styrk skipa [10] ok manna at fara bonorđz ferđ i Franz at biđia ivngfrv Serene ser til handa. Slikt [11] sama biđr hann meistara Pervm viđ [12] ser fara; enn hann setr þvert nei fyrir, segir þersi [13] ferđ verri mvnv farin [13] enn æigi.

Enn hvat sem meistari Pervs talar her vm, þa mꜳ kongrinn hvarki ne vill sakir ꜳstar viđ sinn svn synia þers, er hann biđr. Þi lætr hann i samri stund bua .lx. skipa [14] ok hlađa međ allra handa gozi, leggiandi allan metnat [15] vpp á at giǫra þersa ferđ sem vegligzta; her til velr kongrinn allt þat mannfolk, sem [vitraz beiđ [16] i landinv, hertvga svnv ok iarla [17], barvna ok riddara.

Ok at skipunvm bvnum ok ǫllum lutum vel til fengnum lætr kongs [98] svn [i haf [18] međ sinn skara; gefr þeim agietan byr ok hagstęđan; [segiz af þeirra ferđ ekki [19] fyʀ, enn þeir leggia [20] sin segl ꜳ vênv [21] lægi fyrir [hasætis borg Fracka kongs [22].

CAP. IV. [23]

Sem Alexander kongr ok hans menn lita þersi tiđindi, þikkir þeim mikils vm vert farar [24] snvđ ok hęversku þeirra manna; ok skiott fyrir merkiliga sendibođa verđr hann viss, hverrar stettar þeirra for mađr er. Ok i samri stund sem hann veit sva dyrđligan mann sik hafva heim sott, giǫrir hann sina riddara ꜳ fvnd kongs sunar at bioda honvm heim til þriggia daga veizlv, hvat er hann tekr međ þǫkk ok ǫfusv.

Er nv mikill viđr bvnađr ꜳ kongs garđinum. Ok þui nærst kemr Clarvs keisara svn međ .v. hvndrađum manna. Tekr Alexander kongr viđ [25] honvm međ allre vegsemđ ok setr hans [26] hasęti hia ser. Her er nu a giet veizla međ mǫrgvm fá-

---

[1] *a* [ber þersi jungfrv makt ok maner makliga yfir allar adrar *B* [2] lidin *B* [3] meira *B* [4] *a* [oheyrilikt *B* [5] *a* [giorith firir vors herra skyld *B* [6] lifandi *B* [7] *Sic AB* [8] *om. B* [9] jnnvirdoligha *B (*einuirdjliga *C)* [10] skipabunadar *B* [11] hith *add. B* [12] med *B* [13] *Sic A; B:* verr muno farith enn ofarith [14] storskipa *B* [15] hugh *B* [16] *a* [vænaz var til *B* [17] lendra manna *add. B* [18] *a* [*sic B, om. A* [19] *a* [suo ath af þeirra ferd segiz eigi *B* [20] fella *B* [21] *Obscure A;* væno *B* [22] *a* [*sic B;* keisarans borg *A* [23] *Inscriptio capitis:* Klarvs ko[m til] Frakk[a kongs] *A;* Clarus þigr veizlo ath Alexandro *B* [24] *om. B* [25] med *B* [26] hann j *B*

senum ok dyrum sendingum ok kongligum drykk. Aller landz menn ok iafnvel [1] kongrinn sialfr vndraz ákafliga fegrđ ok kurteisi, list ok hęuersku Clari kongs sunar. Vex her af skiott mikill romr ihallinni, ok iafnvel [2] flygr þetta sem sinv elldr vm allan stađinn, at æigi mani finnaz þvilikr mađr, þott leiti vm alla verolld, sem er Clarvs kongs svn. Iafnvel kemr þersi kuittr inn vm [stræti eđr [3] læst port kastalans til eyrna kongs dottvr, hvar af hana forvitnar aakafliga, hvat satt er at verđa viss vm. Ok nv liđr hinn fyrsti dagr veizlvnnar.

CAP. V. [4]

At komanda morni [annars dags [5] veizlvnnar talar Iungfrv Serena viđ sina þionostv mey Teclam: "Þv skallt ganga niđr af tvrninvm međ .xij. meyivm i dagh inn ihall feđr mins ok hyggia at međ allri gaumgięfi vexti ok venleik ok ǫllu athæfi, list ok kurteisi [6] þersa hins vtlenda kongs sonar; þviat oss forvitnar, huat satt er vm þann kuitt, sem flygr vm [fegrđ hans ok [7] frægđ. Hygg at, [sva at þu [8] ber ytir fulla skyn, hvart hann maa makligr vera eđr æigi [at þiggia vaart bođ [9] vm eina maaltiđ fyrir sina heuersku, ok geym fyrir þitt lif, ok livg æigi at oss!" — "Min frv!" segir Tecla, "ek gengr giarna, sem þer biođit."

Ok nv isamri stvnd gengr hon niđr [10] viđ sinum .xij. meyium, æigi fyʀ lettandi sinni ferđ, enn hon kemr frammi [11] fyrir hasæti Alexandri kongs, ok hneigir honvm, heilsandi heiđrlega [áá hann ok aa [12] Kláárum kongs svn međ ǫllu þui vegliga samsæti. Iungfrv Tecla var međ skinandi kleđum ok allr hennar skari; beđi var hon listug ok fǫgr međ heiđrlegri maalsnilld, ok myndi þickia hiđ kurteisazta kongs barn, ef æigi hefđi þilikr gimsteinn legit i annat skaut, sem var Serena kongs dottir.

Alexander kongr tok henni hardla bliđlega ok aller þeir, er inni sáátv, biođandi henni at sitia. En hon tekr ser stǫđu frammi fyrir Klaro keisara syni, at hon megi þi betr [giǫra sitt erendi [13]. Fyrir stendr keisara son fvllvel [14] af sinni vizkv, at þetta er foruitnis ferđ, ok leer [15] sik full vel lidvgan hit beinazta igegn henni. For þat nęrri þui, sem hann hvgđi, at þegar hon þickiz fullgort hafa [16] sinnar frv bodskap, hneigir hon þeim, gefr gođan dag ok gengr siđan bvrt međ sinn skara, æigi fyʀ lettandi, enn hon kemr vpp i tvrninn.

Iungfrv Serena fagnar henni bliđliga, þegar eftir spyriandi sinv [17] erendi, ok hvilikrar mektar [eđr maners [18] þersi kongs svn vęri. "Min frv!" segir Tecla, "þersi Ivnkeri [19] heitir Klarvs, sun Tibvrcij keisara af Saxlandi; enn af hans ytirlitum er þat at segia, at englarnir ihiminriki erv ok mvnv vera enn biartari ok fegri, enn hvarki mvnu þeir iafnstor[ir ne sterkligir; þar eptir [20] ferr ǫll hans list ok heverska, sv sem ek mátti af kenna [21]; ok þi orđi vil ek aa [luka, at [22] yđr, min frv! fra tekinni, at en[99]gan mann man verolldin i ser hafa vęnna ok at ǫllu virđuligra." — "Bęđi man vera," segir frv Serena, "at

---

[1] suo *B.* [2] eigi ath eins jnnan hallar, helldr *B* [3] *a* [*sic B, om. A* [4] *Inscriptio capitis:* Tecla ferr *(?)*. . . . . *A;* Alexander kongr þigr veizlo *B* [5] *a* [suo sem áá andrum degi *B* [6] *Sic B;* athęti *A* [7] *a* [*sic B;* hans *A* [8] *a* [ok *B* [9] *a* [*bis A* [10] *Sic, B, om. A* [11] fram *B* [12] *a* [*sic B;* ok *A* [13] *a* [sitt eyrendi annazst *B* [14] skiott fulloligha *B* [15] ber *B* [16] *om. A;* hafa sitt eyrendi ok *B* [17] hennar *B* [18] *a* [*sic B, om. A* [19] jungkæri *B* [20] *a* [*sic B; in A fere exstincta* [21] marki *B* (marka *C)* [22] *a* [*sic B; exstincta in A*

þer hefir mikit vm fvndiz, enda mǽ vera at vel se. Enn nv manvm ver fyrst biđa ok sea, huersu veizlvrnar ganga. Er þat vær ętlan, sem vti er kongsins bođ, at keisara svn man biođa feđr vǽrvm at þiggia veizlv isinum landtiǫlldum ađra .iij. dagha; ok at þeim endađum munu ver taka til vǽra rauđa, [ok ver siam, huat tiđt er [1]."

Hvat her meira?. þetta sama ferr fram, at keisara sun byđr Alexandro kongi til veizlv isitt landtialld, huat er kongrinn tekr međ þǫkk, ok þiggr þetta bođ međ .v. hundrat [2] manna. Þarf þar æigi langt vm, at her springr vpp sva fǫgr veizla, at sialfr kongr er þat sannandi ok aller hans menn, at enga þǽ hann ferskari, bađi sakir allra til fanga ok mektvgra þionostu manna. Gengr nv sva framm nęstu .iij. dagha.

Ok at endađri veizlvnni talar frv Serena međr sina þionostv mey [3] Teclam: "Nv skalltu ganga međ þinum .xij. meyium nidr til landtiallda keisara svnar ok biođa honvm idag vpp a tvrninn i vært samsæti međ sva mart folk, sem honvm likar." — "Skylldug er ek, min fru!" [segir mærin [4], "at giora yđart bod. Enn biđia vil ek yđr, at þer hǫndlit þenna mann heidrlega, tracterandi hann, sem yđarri tign byriar ok honvm bezt liki, fyrir vtan allt fals [ok prett [5]." Nv [svarar frv Serena miǫk reiđ [6]: "Þegi, þina [7]!" segir hon, "ok gack i samri stund ok giǫr vǽrn bođskap, enn gef oss eingi ræd ẏt fyrr, enn þu ert til kuǫdd [8]!" Ok nv skilia þær talit.

CAP. VI. [9]

Nv a nersta dag eptir, [sem endat [10] er veizlan Klari kongs svnar, ǽ þriđiu tiđ dags gengr Iungfrv Tecla niđr af tvrninum medr sinum .xij. meyium, lettandi æigi sinni ferđ, ađr hon kemr i landtialld Klari kongs svnar, gengr [11] framm fyrir hann međ mikilli list ok heverskv, hneigir honvm ok heilsar heverskliga. Hann tekr henni miǫk bliđliga, eptir spyriandi, huerr [12] hon se. Enn hon segir sitt nafn ok kyn. Ok þvi nęst talar hon til kongs svnar: "Ek [ber yđr [13] bođskap minnar frv Serene, Fracka kongs dottvr; enn þat er sva mikit, at hon byđr yđr idag til maltiđar vpp ǽ sinn tvrn međ sva mǫrgv folki, sem yđr þickir mest sæmd i vera." Sem Clarvs kongs svn heyrir meyiarennar ord, verđr hann geysi glađr ok segir sva: "Þat bođ, sem þer, ivngfrv! berit oss til eyrna. vilivm ver giarnara þiggia enn allt þat rauđt gull, sem i biđr Arabia landi." — Þetta land Arabia er [gullauđgaz allra iarđa vndir heims [14] solinni; ok þi [15] tok hann þat her til. at hann virđi einskis allan heimsins rikdom ok metorđ [16] moti þeim fagnađi, er honvm var nv til bođit. — "[Mvnvm ver [17]," segir kongs svn, "koma međ .lx. manna, vært villdar folk, ef yđr þickir þat æigi of mart vera." — "Þat þickir oss vera fǽtt, enn æigi of [18] mart," segir Tecla, "þvilikum herra sem þer ervt, ok sliks mannz bođ sem þer þiggit."

Ok nu þegar hneigir hon ok gefr gođan dagh keisara syni, ok gengr brott međ sinn skara; kemr nv aptr (i) turninn ok

---

[1] *a* [*om. B* [2] *Sic* (hund^(ra)t) *A;* hundrodum *B* [3] *Sic B, om. A* [4] *a* [*sic B;* min frv *A* [5] *a* [*sic B, om. A* [6] *a* [sem frv Serena heyrir hennar framburd, svarar hon þegar miok ygld *B* [7] *Sic* (þína *vel fortasse* þma) *A; om. B* [8] kraufd *B* [9] *Inscriptio capitis:* Kongs *(?)* svn *(?)* þa bod Ser[ene] . . . *A;* Clarus þiggr veizlo ath Serene *B* [10] *a* [*sic* (fe endoth) *B;* sendat *A* [11] þegar *add. B* [12] *Sic* (hu^(s)r) *A* [13] *a* [*sic B;* byđr *A* [14] *a* [gullaudgara enn nóckot annath vndir *B* [15] firir þui *B* [16] metnath *B* [17] *a* [*sic B;* Ver mvnvm koma *A* [18] *Sic B; om. A*

segir kongs dottvr, at keisara svn hefuir þegit boðit; segir enn sem fyʀ, at sialf [1] frv Serena [man þat sanna, at eigi kom þar þilikr fyʀi [2].

Er nv þegar mikill viðbunaðr [i tvrninvm [3] [vm framm dagligan vana [4]; [er þar [5] allt tialldat með gulligum [6] pvrpura ok guðvefiar pellum ok ǫðrum hinum dyraztum vefium [7], sva at huergi sꜳ́ bert ꜳ́ [8] vtan [9] þar, sem þat somdi betr.

Ok at albuinni veizlvnni kemr Klarvs keisara svn vndir turninn með sinum mǫnnvm; ok er þar fyrir ivngfrv Tecla, leiðandi hann þegar inn vm port kastalans með allri vegsemð ok hans menn allt vpp ꜳ [10] þa hǫll, sem hofit var fyrir buit. Ok þegar sem hann kemr inn vm dyrrin, erv þar fyrir þionostv meyiar með munnlavgum af brendu gulli giǫrfum. Sva mikil birti [11] var her, at hneppilega mꜳtti igegn [12] sia; þviat allt rꜳ́f [13] var lagit [14] ok laugat i brendv gulli; ǫll var hon [15] [pentat ok purtreat [16] innan meðr stiǫrnv [100] gang ok allzkyns margfræði; hon ilmaði ǫll af hinvm dyrvztvm ivrtum; ok alldri kom enn sva mikill meistari [inn vm [17] þær dyʀ, at æigi metti [nema enn meira, enn hann kvnni ꜳðr, af þeim [18] meistara dóm, sem þar mꜳ́tti lita. Sva ferska lykt gaf þeim her at kenna, at þeir hugðvz i Paradisvm komnir vera; ok þoat Clarvs keisara son vęri fęddr i hasæti heimsins, þa þotti honvm æigi at siðr mikils vm vert alla þa [makt ok frygð [19], sem her mꜳtti lita.

Ivngfrv Serena sat niðri ꜳ langpallinn, ok þar léénan liggiandi fyrir [20] hennar fotum; hon var með sva tiguligum bvnaði [21], sem [ecki lifanda mannz auga [22] leit annan mektvgra. Enn æigi gat meistari Pervs þvi fiarri, at hulit hafði hon með einshuerivm klokskap hina mestv fegrð sinnar ꜳsionv; ok var þo enn heiðrlega saman komit; dro þo af hið mesta blom af vęna [23] andliti. Ok þegar sem keisara svn með sinn skara berr inn vm dyrrin, stendr ivngfrvin vpp i moti honvm, heilsandi hann hęverskliga [24] ok alla sina boðs menn. Enn hann tekr henni miǫk bliðliga. Erv þegar gefnar laugar [25]; ok þui nęst setiaz þau bęði samt i haseti; ok vt i fra Claro er skipat hans riddarvm eptir stettum; enn vt af kongs dottvr sitia hennar þionostv meyiar, enn valit til framstǫðv [26] ok þionostv þat listugazta folk, er i beið ǫllv Frannz.

Hefz her nv hin dyrðligzta veizla með allzkyns gleði ok goðum kosti, með [27] valit vin ok hinn villdazta dryck. Setr frv [28] Serena sik harðla glaða ok bliða við sitt boðs folk. Ok nu sem ǫlit gengr vm, dirfiz keisara svn i ræðvnni, segiandi nv ivngfrvinni [29] liosliga allt [30] erendi ok bonorðz ferð sina [31]; sagðiz ok [32] þui þersa við hana fyʀ leita enn með [33] sialfan konginn, at hann hafði þat sann spurt, at sakir hennar vizkv lavt til hennar ǫll stiorn ok rꜳ́ð rikissins með konginvm; segiz þers ok fyrst leita vilia, at þeirra hugir vęri

---

[1] *om. B* [2] *a* [hefdi aunguann fyr þuilikann sied, þui sidr j sino bodi haft hans jafnninghia *B* [3] *a* [*sic B, om. A* [4] *a* [*om. B* [5] *a* [*sic B, om. A* [6] gullskotnum *B* [7] gripum *B* [8] *Sic B, om. A* [9] nema *B* [10] j *B* [11] *Sic B, om. A* [12] jmote *B* [13] Ræfur *B* [14] lag^t *(= lagat?) B* [15] *Sic (i. e.* höllin*) AB* [16] *a* [pentuth *B* [17] *a* [jnnan *B* [18] *a* [enn nema einn *B* [19] *a* [mekt ok maner *B* [20] *Bis A* [21] buningi *B* [22] *a* [*sic B;* engi lifandi mannz augv *A* [23] *Sic A* [24] *Sic B;* heilsandi hann *A* [25] giafir *B* [26] frammistódo *B* [27] þar var *B (mox* vildazsti dryckr*)* [28] *Sic B,* sva *A* [29] *Sic B, om. A* [30] sitt *B* [31] *om. B* [32] *Bis A* [33] vid *B*

sam færir her vm. Kongs dottir tekr harđla blitt hans orđvm, sva (at) huert hennar orđ þotti viđ grǫs groa; ok æigi virđir keisara svn alla sina vm liđna lifs daga meira enn einn skugga hia þeim fagnađi ok gleđi, sem nv þickiz hann međ hǫndum hafa af viđtali ok bliđv frv Serene kongs dottvr.

CAP. VII.[1]

Seint er nv at telia allà þa dyra rette ok fasena, sem framm komv iþersari veizlv; ok þi manvm ver þar vm liđa ok þar til vikia, sem a er rett fyrir keisara svn[2] ok kongs dottvr. Ok i siđarsta rett kemr inn blavt sođit egg, sem mǫrgvm heverskvm manni þikkir gott at svpa eptir mat sinn. Ok nv tekr kongs dottir vpp eitt eggit ok spyʀ keisara svn, sva segiandi: "Herra Clarvs!" segir hon, "vili þer sakir heversku hallda mer eggit til hælfs ok hafa siđaʀra lut?" — "Giarna, Ivngfrv!" segir hann. Ok nv þegar hallar hon at ser ok lętr sem hon drekki, [fęr siđan[3] kongs syni. — Hann var sva bvinn, at hann hafđi einn gvđuefiar mottvl ok vndir myrkbrvnan kyrtil af ciclade, [allan skinanda međ gullhlǫđum ok gimsteinvm settan[4] vm hæls ok handuegv. Hann var þa orđinn[5] .xviij. vetra gamall. — Ok nv byz hann at taka međ egginv sem einn hofmann. Enn sva sem hann tekr međ, þa fitlar hon[6] til[7] fingrvnvm; ok[8] allt saman, af háálleika skurnsins ok hennar til stilli[9] verđr honvm laust eggit ok steypiz vpp i fang honvm, [sva at stropinn strykr[10] vm bringvna ok kyrtilinn allt niđr at bellti.

Ok sem hann hefir giort sik aull odan, hleypr hann fram jveghin, þar sem vagna mennirnir[25] foro vndan; [ok her eptir j hamotina allt eins ok fyʀa dagh ferr kongs dottir[26],(enn hann) giorir ymiz, [bidr hennar ok illyrdir hana[27], eda hleypr fram vndan. Ferr suo allt til kuelldz. Suo myckla armædo þoler hon af vosi[28], ath [hneppiligha firir stendr hon, huort hon máá þetta leingr bera[29]. Ok ath kueldi koma þau j þorp annat, þar sem saumo vagna menn voro firir; geingr her allt einnin[30] til ok hith fyʀa kueld, at fantrin leickr til matar, enn hon ligr harmþrungin sem fyʀ, fandi[31] huorki ath eta[32] ne supa vtan þat, sem honum fellr[33] vm hendr. Fara huilu brogd allt eins ok fyʀr. Ok ath morni giorir hann kyrtils saulo adra til magfylli; ok nu tekr hann j verdit eitt herfuilikt striga slitti[34] ok kastar þui til hennar ok segir henni þetta hellzsti gott ath hylia sik j.

Ecki er her meira af ath segia, enn [suo fara þau dag firir dagh, æ þar eptir sem þerser vagna menn fara vndan. Þoler frv Serena her[35] suo mikit volk[36] af allzskyns[37] hardretti, ath vndarlikt matti þickia, ath

[1] därinn *ε* [2] lejk *ε* [3] *a* [däriun *ε* [4] *a* [ä allar lundir med lausung og trumbar sem einn däre *ε* [5] lagt *add. ε* [6] herfiligum *add. ε* [7] *a* [feiginn ad veita *ε* [8] *a* [fieck hon so herfiligan matbuning *ε* [9] sem *add. ε* [10] *a* [hann þegar a henne med forze ok *C;* þar þegar af honum brennandi forss med *ε* [11] og pustran vægdarlausri *add. ε* [12] næ'r *B*, náir *C*, tiair *ε* [13] honum *prius scriptum correxit B;* henne *ε* [14] hrijtr hann sem annar duerghundur *add. ε* [15] *Inscriptio capitis:* Æymd frv Serene *B* [16] a *Cε* [17] jllirdum *ε* [18] *a* [hann kaupi sier þar med *ε* [19] *a* [magfylli *C*, maga fille *ε* [20] *om. ε* [21] hladbunum *add. ε* [22] sijdan *ε* [23] fyrir *ε* [24] vana herfiliga *ε* [25] *Sic BC* [26] *a* [enn hon gieck a eptir so sem firra daginn *ε* [27] *a* [tefur til þess ad hann gefe henne suivirdilig ord *ε* [28] erfidi, hita og hungre *ε* [29] *a* [eige þikest hon vita. huorsu leingi hon mune þetta af bera mega *ε* [30] *Obscure B*, eins *C* [31] hafandi *ε* [32] bijta *ε* [33] fiellst *ε* [34] slitri *C;* tetur *et in marg.* sljtur *ε* [35] *a* [fru Serena hefr *ε* [36] og vandrædi *add. ε* [37] alllzſkýnſ *B*

þers manz lif[1], er suo sællikt upp fædi hafdi haft, [skylldi slikt þola[2]. Optar(st) geck hon berfæt, þolandi þar med hungr ok þorsta, hita ok kulda, ok her áá ofann illyrdi [ok oroa[3] af þersum fianda, er henni fylgdi ok hana vnadadi nát ok dagh. Suo geck fram hennar æfui vm alla .xij.[4] manadi[5].

Ok nu kemr suo einn dag, ath hon ser fram firir sik eina[6] stora hall[7], suo ath einga leit hon slika fyʀ; allir hennar turnar [voro af[8] gulli. Herr oku vagna menn jnn j[9]. Ok nu hleypr fantrin suo mikin, ath hon kemz[10] huerghi nær honum, suo ath hann huerfr henni. Hon skyndir nu eptir hardla fast, þar til er hon ser [hann jveghinum[11], ok hefir nu brotit [fott sinn[12] j sman mola, suo ath vti [ero leghia[13] brotin; geingr nu //[14] **[109]** at framm, þegar eptir spyriandi með grœti, hvi sva avmliga hefir tekiz. Enn hann svarar þegar af mikilli vlfvt ok reiði, at þetta ok allt annat illt hlytr hann af henni, ok hvn myndi æigi fyrri[15] letta, enn hon hefði or honvm lifit. "Tala æigi sva, sæti minn!" segir hon; "þviat þar villdi ek allt við[16] gefa, at þer vęri þa borgnara enn ááðr." — "Þat máá nv skiott reyna," segir hann; "eðr þikkir þer mer þat likazt til lifs at liggia her sem lengzt?" — "Hvat fæ ek at gort, minn seti?" segir hon. "Freista, vánd skepna! at þv faer borit mik a baki þer framm i staðinn!" segir hann. "Giarna," segir hon. Þetta sama ferr framm, at hon gengr vndir hann; ok hann sakir vaxtar dregr eptir ser fętrna langa verolld; ok þvi þiggr hann þionostvna helldr meinliga; enn hon sœlvg yrkir áá, slikt (er) hon getr, at draga hann. Ok her af męðir hana sva sœrliga, er hon stritaz við þenna fianda, at allt þickir henni einskis vert, þat sem her til hefir vm gengit; ok nv hið fyrsta þikkiz hon vita, hvat vesolldin er. Þo kemr þar i siðarstv, at hon fær dregit hann framm vndir stadinn ok at portinv. Ok nv þikkir henni æigi batna lioðin[17] isǫgvnni; þviat þegar sem hann seez vm ok kennir sik, męllti hann sva: "See!" segir hann, "longv ááðr vissi ek, at [þv, vœnd[18] skinntik! villdir [hafa brott af mer lifit[19]; enn nv kom allþingis þin illzka ilios, er þv flvttir mik hegat; þviat her er sáá staðr, er flestar dauða sakir [hefir a mer ok ek hefir flest[20] illt[21] gort; ok [iafn frammi[22] sem ek kemr inn vm þetta port, er ek hengðr. Ok þvi ver æigi sva diǫrf, at þv dragir mik her innan staðar!" Nv verðr hon af nyiv harms fvll, eptir spyriandi, hvat þa skal ráða taka. "Her er," segir hann, "fǫrv manna hreysi annars vegar vndir mvrinn[23] skamt i (fra) portinv; drag mik þar inn!" Enn þott við sprenginn gengi, feck hon þetta syst i[24] siðarstv. Ok her kastar hon ser niðr i hia honvm, sva moð ok mœtt dregin, at hvergi þikkiz hon heðan mega hrœra sik.

Eigi hefir hon þo lengi legit, ááðr hann getr æigi[25] þolat, at hon se i naðvm, ok yrkir a hana, sva talandi: "Hversv ætlar þv nv til?" segir hann; "skal ek her nv deyia af biargleysi fyrir einn saman þinn illvilia ok atferðarleysi?" — "Hvat fær ek at gort, sæti minn?" segir hon.

[1] þoldi slyktt *add.* ɛ [2] *a* [*sic C*, *om. B*ɛ [3] *a* [brixle og bardaga ɛ [4] þriä ɛ [5] hafa þaug huort kuólld frä ódru sama herbergi sem þeir vagna mennirnir, sem adr voru greindir; og nu giorest hun miog mättdreiginn af allre þessari mædi *add.* ɛ [6] geise *add.* ɛ [7] borg *C*ɛ [8] *a* [og vijgskordur logudu sem elldr fyrir ɛ [9] vm borgar hlidinn ɛ [10] *Legi potest* kemr *B* (kemzt *C*ɛ) [11] *a* [huar hann liggr ä veginum ɛ [12] *a* [j sier footinn ɛ [13] *a* [läu leggiar ɛ [14] *Hinc incipit posterior pars codicis A* [15] vid *add. B* [16] til *C* [17] liodit *B* [18] *a* [þin vonda *B* [19] *a* [mik j heliu hafa *B* [20] *a* [ok mest *B* [21] hefir ek j *add. B* [22] *a* [jafnnfram *B* [23] turnjuvm *C* [24] at *C* [25] leingr *add. C*

"Ađ gort!" segir hann; "gakk inn i stađinn ok biđ mer ǫlmvsv!" — "Hversv fær ek þat gort," segir hon, "vesol ok fatek ok sialf at þrotvm komin? enn ek kennir her engan mann." — "Her skamt fyrir innan portit af þersi ætt, sem eru miđ," segir hann, "stendr eitt mynstr, ok þar fyrir er fatękra manna plaz, ok þar sækir til dag-lega fiǫlđi stađar manna ok gefaz iafnan storar olmvsvr: ligg þar viđ dyrrin inátt! ok er ráđin olmvsan. Enn þo er æigi v likligt, at ek se dauđr, ađr þv kemr aptr; ok þat villdir þv."

CAP. XVIII.[1]

Nv hvart sem hon hefir meiri mótmæli eđr minni, ferr þetta til[2], at hon skriđr helldr enn gengr inn i stađinn, æigi fyʀ lettandi, en hon kemr fram fyrir kirkiv dyʀin; liggr þar vm[3] nottina nęʀri nǫckvit, hvngrvt ok kalin vndir helv ok frosti, sva at eingi mađr kemr til hennar. Ok sem mornat er miǫk, rennr á hana hǫfgi. Ok neʀi þriđiv tiđ dags vaknar hon viđ þat, at tekr vndir mikinn gny; getr nv lita mikinn skara ok fagrliga bvinn [vt ganga[4] af mvsterinv međr ymislegv hof folki. Ok nv getr hvn lita þa syn, sem æigi beit litt hennar hiarta: i miđivm þeima skara þickiz hon kenna Clarvm keisara svn, sva bvinn, at hann var i myrkbrvnvm kyrtli, ok ein lista geck niđr [i fangit[5] allt at bellti. Eingi af[6] þei**[110]**ma hoflyđ virđir hana sva mikils, at liti til hennar, þar sem hon sitr sálvg, vtan einn samt Clarvs kongs svn: hann vikr at henni or flokkinvm, ok æigi til annars, vtan gefr henni [sva þvngan pvstr[7] vndir eyrat, sva at hon tekr annan meira af mvrinvm [hia ser[8], sva at nalega er hon i svima. Gengr hann siđan vegh sinn ok talar ekki međ hana.

Ok þegar hvn rettir[9] viđ, leitar hon vt af stađnvm sama stræti ok hon geck inn, nv enn af nyiv harms fvll; þviat hennar sam vizka brennir hana sárlega, at Clarvs keisara svn mvni hana kent hafa međ eins hveriv ævéntyri[10], þott hon vęri harđla v kenniligh; þviat enn var æigi sva dauđr međ henni metnađar andinn[11], at henni þætti þat æigi hveriv á felli þyngra, ef hon mętti slik af honvm kennaz.

Ok nv sem hon gengr framm vm strætit, kemr moti henni mađr i þat form sem einn bondi, heilsandi henni kvrteisliga, ok męllti til hennar: "Fyrir stendr ek þat, sæti minn!" segir hann, "at þv mant hafa verit harđla fagrt ok lystiligt[12] lif, ađr enn nǫkkvr v gipta hefir fyrir fętr þer fallit. Ok seg mer, hvat þik angrar mest?" — "Mart angrar mik," segir hon, "enn þat fremzt, at ek á vtan borgar einn ǫlmvsv mann fotbrotinn ok at dauđa kominn, ok hefir ek ecki til at[13] hialpa honvm." — "Þat er gođmannlig sǫk," segir hann; "ok nv þigg af mer sva marga penninga, at ykkr negiz til kostar bađvm i dagh!" — "Haf fyrir guđs ást!" segir hon[14]; "enn sakir þers, at ek kenni her engan mann ok ekki torg veit ek her, þa biđr ek fyrir gvđs sakir[15], at þv [vendir vm[16] penningvnvm fyrir mik ok fair mer kostinn." — "Þat skal ek gearna giǫra, ef þer þickir sva betr," segir hann. Ok nv i samri stvnd gengr hann brott ok kemr skiott aptr, fęrandi henni yfrinn[17] kost til dags ok

[1] *Inscriptio capitis:* [Skirs]la kongs dottvr *A* [2] fram *C* [3] alla *C* [4] *a* [*sic C, om. A* [5] *a* [*sic C, om. A* [6] *Sic C*, at *A* [7] *a* [kinnhest *C* [8] *a* [*sic C, om. A* [9] rettizt *C* [10] *Sic A* [11] *Sic C*, andann *A* [12] listuligt *C* [13] þat er eg mega *C* [14] hann *prius scriptum correxit A* [15] skylld *C* [16] *a* [verndjr *C* [17] nogan *C*

eina kǫnnv [1]. Tekr hon nv með [2] fv́s ok fegin, þakkandi honvm fagrliga sinn velgiǫrning; þikkiz nv nęr einskis meins kenna, er hon hefer nǫkkvt at fęra karli sinvm; þviat hon þottiz vita, hvat henni myndi fyrir hondvm, ef hon kiemi sva aptr, at hon hefði ekki at færa honvm.

Lettir hon nv æigi fyʀʀ, enn hon kemr til hans. Er þar enn [3] hið sama fyrir, at hann stendr ꜳ henni medr forzi ok illyrðvm, segir hana þvi sva seint komit hafa, at hon villdi endilega or honvm hafa lifit, ok sett ser fiǫrrꜳð sakir hvngrs ok kulða. Enn hon svarar hveriv orði ǫðrv mivkara, segiz þi siðr slǫkkva vilia hans lif, at hon villdi giarna gefa sitt lif v́t, ef honvm vęri þa betra [4] enn ꜳðr. Ekki mykiz hann við slik orð; enn þo setz hann vpp ok etr geysi graðvgliga, — ok æigi [5] mꜳ þat ꜳ sia, at honvm [leggi fotbrotit fyrir briost [6], — enn skiptir herianslega við hana, sem hann var vanr, ok af litlvm drengskap.

Þat er her skiotaz af at segia, at hann skipar henni aðra nꜳ́tt hina sǫmv vti vist ok fyʀri. Enn hversv þat gengr vt, mꜳ́ i fꜳm orðvm greina: hvn sitr með samri þinv ok fyʀʀ, fær pvstr annan, finnr mann hinn sama ok þiggr olmvsv með samri grein ok fyʀa dagh, kemr sva [7] heim, at hon fær sǫm [8] erfiðis [9] lavn sem fyʀ, enn þat er heitan ok illyrði.

Enn skipar hann henni vti vist hina þriðiv [10] nꜳtt. Męliz hon nv miok vndan; þviat fyrir allt framm kuiðir hon mest við fvndi þeirra Clari keisara svnar. Ok þo verðr hon enn at fara. Þarf her æigi langt vm, at hvn vakir nꜳtt hina þriðiv ǫk fær pvstr [11] hinn þriðia, gengr við þat ibrott ok mętir ꜳ strætinv [12] hinvm sama manni ok tva tima fyʀʀ. Ok nv talar hann sva til hennar: "Ek sampinvmz þer, guðs skepna [13]!" segir hann, "er þv gengr her dagliga með sama harmi æ [14] gratandi. Nv gior sva vel, gakk heim til [111] (her-)bergis með mer ok hialp þinv lifi, þar sem þv ert at þrotum komin!" — "Engan veg mꜳ ek þat," segir hon; "mer hallkvæmiz æigi hialpin, ef sꜳ hinn fatęki veslingr fær enga hialp, sem liggr vtan borgar ok man skiott deyia, ef hann fær enga bot [15]." — "Giǫr sem ek biðr!" segir hann; "þviat vera kann, at sꜳ kranki [16] maðr hafi nv fengit goða hvilld." Ok nv tekr hann i hennar hand ok leiðir hana [17] nęr hꜳlf-navðga heim með ser til herbyrgis; þviat varla fær hon trvat fyrir elskvnni, hvat er hann segir henni vm hvilld hins kranka mannz. Ok þegar sem hon kemr i hans herbergi, setr hann framm fyrir hana hinn rikazta kost með valit vin ok sitr við sialfr [ok nærir [18] ok hvggar með fǫgrvm fortǫlum, segiandi heðan af vm mvnv batna, ok af mvni gengit hið þvngazta vm hennar æfi. Tekr hon nv ok nǫkkvt sva at kvikna ok gleðiaz af þersv ǫllv samt, sva sem hon kendi nǫkkvra lystingh sinnar fyrri æfvi.

CAP. XIX. [19]

Sem hon er vorðin vel mett ok dryckiat, riss hvsbondinn vpp ok gengr at henni; leggr nv hendr ꜳ hana ok rifr niðr af henni þav slitti [20], sem hon stendr i, enn klæðir hana i staðinn tigvligvm bvningi, slikvm sem hon bar fyʀri. Þersv nerst tekr hann i hǫnd henni ok leiðir

[1] stora byttu *C* [2] vid *C* [3] *Sic C, om. A* [4] borgnara *C* [5] alllitt *C* [6] *a* [bagi fotbrotid *C* [7] *Sic C, exstinctum in A* [8] sem *prius scriptum correxit A* [9] erfiðvz *A*, eyendjs *(!) C* [10] þriðia *A* [11] kinnhest *C* [12] strætınv̄ *A* [13] aulmusa *C* [14] *Sic C, om. A* [15] myskun *C* [16] vngi *C* [17] *Sic C, om. A* [18] *a* [at nærа hana *C* [19] *Inscriptio capitis:* Serena leidd or . . . . lld *(?)* . . . . *A* [20] slitri *C*

hana hvert herbergi af ǫđrv, þar til sem þar koma i eitt tvidyrt herbergi, foraðs stort.

Ok nv þikkir henni nǫkkvt[1] vndarliga við sla[2]: her þikkiz hon kenna koma imoti ser sina kięrv þionostv mey Teclam međ mikinn meyia skara, ok þegar i stađ allar framm fallandi ok sva męlandi: "Guđ gefi yđr gođan dag, min sæta frv!" Ok nv leiđa þær hana milli sin međ allri sæmd ok mekt. Varla vndir stendr hon nv, hveriv hvn má af trva, þo at nǫkkvt beri skemtiligt fyrir augv; þviat harma þoka hefvir sva hvlit hennar hvgskotz augv af þeim hvirvilvindum, sem nv hefir hon i reikat vm stvnd, at nęr dylz hon viđr, at bliđari dagar myni koma, ætlandi sik [nęr dreyma[3], hvat er fyrir berr.

Allt leiđa þær hana þar til, er þær koma i eitt herbergi harđla vænt enn ekki miǫk stort. Ekki er þar miǫk mannmart inni. Her sier hon sitia fyrir hasætinv Clarvm keisara svn, ok hefvir nv kastat listv kyrtlinvm. Ok þegar sem hon[4] kemr inn vm dyrrin, riss hann vpp moti henni harđla heverskliga ok tekr i hand henni ok minniz međ[5] hana ok setr hana niđr ihia ser ok biđr hana vera gudi vel komna. Ok sidan talar hann sva til hennar: "Nv erv þer, frv Serena!" segir hann, "her komnar, ok hafi þer þolat faheyrt vaalk[6] ok vandræđi vm stvnd ok vm borit međ frabęrri þolin međi ok sialldheyrđri dygđ. Man ok hvarttveggia i minnvm haft vera langan tima, hverr grimđar mađr þer vorvt fyʀ meiʀ, eđr [hverrar dygđar[7] þer vorvt siđaʀ meiʀ i iafn mikilli ravn. Se her nv," segir hann ok rettir handina nidr ilangbekkinn[8], "þann fotbrotna drenginn, er yđr hefvir fylgt, angrat ok vroat vm allt þetta nęsta áár međ sinv kvkli ok klokskap! enn þetta er eingi mađr vtan meistari Pervs. Nv fyrir yđra stađfestv ok faheyrđa dygđ, dęmvm ver yđr alþingiss[9] kuitta ok sáátta međ[10] oss fyrir yđr[11] brot ok ialla stađi verđvga þviliks heiđrs, sem þer ervt til bornar. Ok fyrir standit nv, at fleiri[12] kvnna [enn nǫkkvt klokt[13] enn þer einar! Enn til yđar, frv Tecla! hǫfvm ver þat [at tala, at ver kennvmz[14], at ver iatađum yđr endilega i Franz, þa er þer leystvt váárt vandræđi, at þer skylldvđ heim međ mer[15] til Saxlands ok giǫraz vaar drotning; ok þat sama vilivm ver enn stađfastliga hallda, eptir þvi bezta sem ver hǫfvm iaattat, vtan sialfar þer vilit þat međ bliđri samþykt vpp gefa."

Nv svarar frv Tecla, segiz giarna vilia vęgia fyrir sinni frv ok gefa henni vpp frialsan ok liđvgan sinn herra ok bonda međ [112] allri þeirri tign ok heiđri, er[16] guđ gaf henni aa brvllavps deghi. "Enn þar imoti ventir ek þers, at þer ætliđ eitt hvert gott ráđ fyrir mer, eptir þvi sem yđr þickir mer standa eptir bvrđvm." Lykr hon sva sinni ręđv, at i vpphafi Clarvs ok frv Serena međ allre alþyđv þackar henni sina dygđ.

Ferr nv þetta sama framm, at frv Serena er vpp hafin ialla drotningliga tign ok soma samligan metnat ok ifvlla sætt ok aast semđ međ[17] sinn herra Clarvm keisara svn. Enn hann giptir frv Teclam þeim framazta manni, er i beiđ ǫllv Saxlandi, sva (at) hvn vndi harđla vel sinvm lvt.

---

[1] *Sic BC, om. A* [2] vikia *C* [3] *a*[j sama angest standandj *C* [4] hann *prius scriptum librarius correxit A* [5] nid *C* [6] va/alk *A;* vos *BC* [7] *a* [huer dygdar madr *BC* [8] áí l—n *BC* [9] aullungis *C* [10] vidr *C* [11] *Sic* (= yđur) *A* [12] menn *add. BC* [13] *a* [kukl *C* [14] *a* [talad *C* [15] oss *C* [16] sem hvn feck hann og *C* [17] vid *C*

Mꜳ nv kalla, at sagan se vti; enn nv má međr fꜳm orđvm liosliga skyra, hversv þetta kom til: þetta allt saman varđ af engv vetta vtan rꜳđa[1] giǫrđ Clare keisara svnar ok listvm ᴍeistara Peri, sva sem i hefnd moti þeim dꜳra skap, sem hon hafđi ꜳđr leikit keisara syni. Hafa þat ok flestir fyrir satt, at ᴍeistari Pervs myndi mꜳ́tt hafa fyʀ[2] til sin tekit[3], ef hann hefđi viliat, enn þotti engv varđa i fyrstv, þot Clarvs keisara svn fengi þvilikt klodrep[4], međ þvi at hann villdi ekki hans rꜳdvm hlita. Var þat eptir þvi, sem henni þotti, at þa sǫmv nꜳtt, sem kongs dottvr hvrfv landtiǫlldin, sigldi Clarvs keisara svn heim međ ǫllum sinvm skipa flota til Saxlandz ok međ honvm frv Tecla, enn setti eptir Serenam ok ᴍeistara Pervm at dꜳra hana međ micklv kvkli ok þeim listum ok klokskap, sem nv var fra sagt vm hriđ. Enn þeir vagna mennernir[5], sem getit var, vorv til fengnir af Claro keisara syni at segia þeim leiđ ok vakta þeim dagligan kost. Giǫrđv þeir þetta allt sva sem til profs hennar[6] stađfestv[7]; þviat þeir hirtv alldri, hvart hon reyndiz vel eđr illa, ok þotti iafn vel, at hon hefđi aptr snviđ til feđr sins. Enn hon þolđi allan þenna angist ok armęđv[8] fyrir ekki vetta vtan fyrir sina eiginlega dygđ ok einfalldleik, er hon hvgđiz þeim hinvm liota dreng samrekt hafa, sem henne fylgđi ok hana vroađi dagh eptir dagh; ok þetta allt lagđi hon at baki ser ok þar međ feđr, frændr ok vini ok allan[9] heimsins metnat, vpp takandi vilianlikt fatęki međ þersvm herfilega stafkarli, gefandi sva ꜳ ser lios dæmi, hversv ǫdrvm gođvm konvm byriar at hallda dygđ viđ sina eiginbændr eđr vnnasta. For þat ok eptir verđvgv isiđarstv, at hon feck þat, er hon var maklig fyrir sina fa heyrđa stađfestv, at æigi fordrifiz af fateki sva mektvg kona; helldr varđ hon yfir drotning allz Saxlandz . . . . ndi[10] alla gǫtv siđan međ mikilli gleđi viđ sinn herra auđ ok ærv, sæmđ ok sælv međ kongligum metnađi.

Ok lykr sva at segia i fra Claro[11] keisara syni ok frv Serene, Fracka kongs dottvr.

---

[1] *Bis A* [2] *Sic C, om. A* [3] *Sic C, obscure A* [4] af henni *add. BC* [5] *Sic A* [6] *Sic C, obscure A* [7] *Sic C,* -a *A* [8] *Obscure (v.* armæđi? vrmæđi?*) A* [9] *Sic C; obscure (*annan?*) A* [10] *Initium verbi exstinctum A* [11] Clare *(?) A*

Fabella Clari.

(Interpretatio Latina).

CAP. I. Inde hanc fabellam incipimus, quam narravit Jon Halldorsson, episcopus maxime reverendus, clarissimæ memoriæ vir — is autem illam in Francia invenit latine scriptam ea forma, quam illi 'rithmon', nos 'hendingar' vocamus — atque ita incipit:

Tiburcius imperator Saxonum magno cum honore et gloria regnum gubernavit. Non solum dignitate et nomine florebat, sed etiam, neque id minus, omnis generis liberalitate et insuper abundantia auri et gemmarum et pannorum pretiosorum et omnis generis divitiarum regalium atque pulchro equitum magnificorum comitatu. Præterea multi duces clarissimi regnum imperatoris tutabantur, omni ope et facultate et summisso officio consilia ejus et imperium confirmantes.

Imperator autem uxorem duxerat et in matrimonio habebat reginam valde honoratam, summo genere et regio ortu claram omninoque dignissimam, quam diligeret princeps gloriosus. Imperatori et reginæ unus filius fuit, *Claro* nomen erat. Recte et apte hoc nomen ei inditum erat — Clarus enim nostro sermone 'bjartr' significat — propterea quod hac ætate nemo in terris pulchrior fuit homo natus. Cum hac autem re congruebant statura et vires, accedente singulari prudentia et virtute.

Atque ut primum adolevit ætas, litteris imbutus est — ut in his terris filiis virorum illustrium usu venit — ut septemplici doctrina responderet et interrogaret, atque arcessitus est magister, quo in regno imperatoris nemo fuit præclarior. Et propter summam ingenii præstantiam, qua puer omnes vincebat, non multos annos in schola instituitur, antequam dici possit superior omnibus, qui in ea orbis parte erant, quæ Eropa vocatur.

Et quoniam imperator, qua est prudentia, intelligit esse in puero eximiam magni et illustris viri indolem, ut bene educetur, nulli rei parcit; et propterea quod nondum eum satis multa didicisse existimat, secum reputat, quo gentium se conferat ad talem virum inveniendum, qui alter filii præceptor fieri possit earumque artium magister, quæ in illis terris incognitæ raroque commemoratæ essent.

CAP. II. His temporibus fama ferebat esse in Arabia magistrum præclarum, nomine Perum, ingenio et sapientia omnes mortales superantem, de quo multis in libris multa memoriæ prodita sunt; qui quidem propter artes suas et calliditatem multis fabellis celebratur.

Quæ res imperatori tantæ curæ est, ut per tot terras totque maria legatos mittat, qui magnificis condicionibus magnisque promissis hunc magistrum, ut domum ipsius veniat, impellant, ut filius multiplicis scientiæ, qua ille excellebat, particeps sit.

Ac quid multa? Evenit, ut legati imperatoris, quam possunt celerrime, redeant hominem, quem commemoravi, ducentes. Quem imperator summa ope summoque honore excipit; mox Clarus filius imperatoris institutioni ejus traditur. Fit per longum temporis spatium, ut filius imperatoris scientia valde augeatur; omnia autem, quæ ante didicerat, præ doctrina Peri magistri non pluris ei esse videbantur, quam lusus juvenum aut puerorum crepundia.

CAP. III. Quum autem Perus magister ibi diu esset versatus, hæc aliquando eveniunt: dum ille et filius imperatoris foris ambulant sequente specioso comitatu et pulchra famulorum turba, ille adolescenti: "Proxima nocte," inquit "fabellam non plus quinque versibus explicabis eosque cras post primam horam recitabis; hoc autem erit argumentum: Alexandro nomen est regi Francorum, viro divitiis et opibus abundantissimo. Unam habet filiam, eximia pulchritudine et ingenio ornatam; Serenam vocant. Etiamsi cunctas terras perquisiveris, nullam neque pulchriorem neque prudentiorem neque decentiorem invenias: nam propter virginis prudentiam ab ea non minus quam ab ipso rege pendet tota imperii gubernatio. Magnificam tur-

rim in ea urbe, ubi habitat rex, tenet cum sexaginta puellis summo genere natis, quæ omnes famulatui ejus addictæ sunt. E quibus primæ Teclæ nomen est, filiæ regis Scotorum. Nemini viro exceptis rege et famulis ejus in domum ejus venire licet. Mille equites armati dies noctesque circa subdialia, quæ extra turrim sunt, excubant contra pericula belli et inexpectatos impetus quietem virginis defendentes et tutantes. Hujus autem virginis quanta sit prudentia et quam elegans vitæ cultus, testimonio est, quod ante pedes sedentis leæna jacet, tam placida quam agnellus, quæ etiam, quocunque incedit virgo, juxta eam currit. Tanta autem prudentia et scientia ornata est, ut tuam non pluris quam rustici eruditionem faciat. "En," Perus inquit, "habes argumentum! hoc bene explica!"

Deinde colloquio interrupto accumbunt — filius autem imperatoris parce edit, parcius bibit; tum quieti se tradunt et per totam noctem dormiunt.

Postridie mane, quum Clarus filius imperatoris et Perus magister in unum locum conveniunt, hic interrogat, compositine sint versus. Ad quod ille: "Totam per noctem," inquit, "vigilavi, aliis in rebus atque in versibus condendis occupatus; nam ad hanc virginem, de qua mentionem fecisti, omnes cogitationes ita intendo, ut illi plus quinque versus debere videar. atque verba tua considerans nescio, an nulla præter hanc virgo meo honore meaque vitæ elegantia digna sit."

Quod ut audivit Perus magister aliquamdiu silentium tenet; tum summo cum ardore: "Deus mihi," inquit, "ignoscat, quod tibi argumentum tam inutile dedi! nam de hac virgine ea tantum tibi dixi, quæ bona et honesta essent; sed alia et quidem multo plura de ea dici possunt, quæ mala et turpia sint; nam longum est enumerare, quos jam viros nobilissimos, eandem ob causam, qua tu ductus iter paras, eo profectos, arte et prudentia fefellerit. Quam ob rem, fili carissime! omnibus precibus a te peto, ut ab hoc consilio mentem avertas; nemo enim omnium mortalium arti ejus resistere potest."

At nihilo minus filius imperatoris in proposito perstat, negans se umquam tranquillo animo futurum, antequam hanc virginem aspexerit. Perus magister respondet ei magno dedecori futurum hanc rem suscepisse; negat eum tanto honore dignum fore, ut ei liceat os ejus intectum intueri.

Sed quid multa? Paucis diebus interjectis Clarus filius ad patrem accedit et omnia, quæ cum Pero magistro collocutus erat, narrat, simul omnibus precibus petens, ut pater ipsi omnes suas naves et copias det, quod in Franciam profecturus sit, ut Serenam virginem in matrimonium sibi petat. Idem a Pero magistro petit, ut secum proficiscatur; quod ille præfracte negat dicens pejus fore hoc iter suscepisse quam non suscepisse.

At quicquid loquitur Perus magister, imperator propter amorem filio, quod petit, neque potest neque vult denegare. Quare mox sexaginta naves armari jubet et omnibus copiis onerari, illud sua vel maxime interesse existimans, ut classis quam splendidissima sit; præterea viros eligit, quibus in terra nulli erant prudentiores, filios ducum et præfectorum et baronum et equitum.

Instructis autem navibus et omnibus copiis optime comparatis filius imperatoris cum comitibus proficiscitur; ventum prosperum et idoneum nanciscuntur; de profectione nihil traditum est, priusquam loco ancoris solvendis opportunissimo ante urbem, ubi habitabat rex Francorum, sito vela contrahant.

CAP. IV. Quod quum vident Alexander rex et cives, eximium classis apparatum et urbanitatem horum virorum valde admirantur; mox per certos legatos rex cognoscit, qua dignitate sit præfectus. Atque ubi comperit virum tam nobilem ad se accessisse, equites suos ad filium imperatoris mittit, qui eum in tridui convivium invitent; quam invitationem ille benigne et grate accipit.

Jam in regia maximi sunt apparatus. Deinde vero Clarus filius imperatoris cum quingentis viris venit. Quem rex summo honore exipiens principem locum proximum a se tenere jubet; hic splendidissimum exsistit convivium cum dapibus rarissimis et pretiosissimis ac potu regali. Omnes cives et simul ipse rex Clari filii imperatoris pulchritudinem et urbanitatem, elegantiam et humanitatem summo opere admirantur; inde plausu et clamoribus atrium resonat; rumor eadem celeritate, qua ignis siccas herbas depascitur, per totam urbem volat: si totam terram perqvisiveris, non posse inveniri talem virum, qualis sit Clarus filius imperatoris. Simul ea fama per portam vel clausam januam ad aures virginis regiæ pervenit, unde summa cupiditate incenditur cognoscendi, quid veri sit. Et jam vergit primus convivii dies.

CAP. V. Oriente altero convivii die Serena virgo Teclæ ancillæ: "Hodie", inquit, "ex turri cum duodecim puellis in atrium patris mei de-

scendes, ut hujus peregrini principis figuram, pulchritudinem, habitum, elegantiam, urbanitatem quam diligentissime inspicias; nam scire cupimus, quæ vera sint ex iis, quæ de pulchritudine et excellentia ejus fama circumfert. Attende vero animum, ut nos accurate doceas, utrum propter humanitatem, quem ad coenam invitemus, dignus sit necne; et per vitam tuam attenta esto neve nos fefelleris!" Ad quod Tecla: "Libentissime," inquit, "ibo, quo tu, domina, me mittis."

Atque eadem hora cum duodecim puellis descendit, non prius ire desinens, quam ad solium Alexandri regis pervenerit, atque inclinato corpore regem et Clarum filium imperatoris cum toto consessu honorifice salutat. Tecla virgo splendenti veste induta erat itemque omnes, quæ eam sequebantur, puellæ; erat autem et arte et pulchritudine et apta eloquentia tam insignis, ut, nisi talis gemma, qualis fuit Serena virgo, in proximo sinu jacuisset (= tam prope abfuisset), filia regis urbanitate excultissima existimari potuerit.

Alexander rex benignissime eam excipit — itemque omnes, qui aderant — sedere jubens. At illa ante Clarum filium imperatoris consistit, quo melius mandatum exsequatur. Filius autem imperatoris, qua est prudentia, satis intelligit eam speculandi causa venisse seque ei satis promptum et facilem præbet. Evenit idem fere, quod credidit, ut illa, simul atque negotia perfecisse sibi visa est, inclinato corpore eos valere juberet; deinde cum puellis abiit, non prius desistens, quam in turrim surrexit.

Serena virgo benigne eam salutat, rogitans, quomodo functa sit negotio, et qua dignitate quibusque moribus sit ille princeps. "Domina," Tecla inquit, "huic juveni Claro nomen, filio Tiburcii imperatoris Saxonum; ac de specie ejus hoc dici potest angelos coeli etiam clariores et venustiores esse et fore illos quidem, sed neque magnitudinem neque vires ejus æquare; neque ingenio et urbanitate minus excellit, quantum equidem cognoscere potui, atque hoc meum est judicium excepta te, domina, in terris esse neminem neque pulchriorem neque omnibus in rebus venerabiliorem." "Utrumque fieri potest," Serena inquit, "et ut tibi valde placuerit hic vir, et ut bene res se habeat. Sed nunc primum exspectandum est, ut videamus, qui finis futurus sit convivio, nam suspicamur peracto convivio regis futurum esse, ut filius imperatoris patrem nostrum invitet, ut per tres dies sequentes in tentoriis suis convivium celebret, quibus peractis consilia capiemus et, quo in loco res sit, videbimus.

Quid multa? Hoc ipsum fit, ut filius imperatoris Alexandrum regem in suum tentorium in convivium invitet, quam invitationem grate accipiens rex cum quingentis viris adit. Neque multis verbis opus est: convivium exoritur tam magnificum, ut neget rex ipse omnesque comites se ulli suaviori convivio umquam interfuisse et propter omnium rerum copias et propter præstantiam famulorum. Ita per tres dies sequentes epulantur.

Peracto autem convivio Serena domina Teclæ ancillæ: "Jam," inquit, "cum duodecim puellis ad tentoria filii imperatoris descendes eumque invitabis, ut hodie in turrim in nostrum consessum veniat, sequente tanta comitum turba, quantam ducere ei placebit." "Meum est domina," Tecla inquit, "jussa capessere. Sed a te peto, ut hunc hominem pro dignitate ejus sine ulla fraude tractes, ita eum accipiens, ut tibi dignum est eique optime placebit." Tum Serena domina ira incensa: "Tace," inquit, "et mox, abi, ut mandatum nostrum exsequare; neve mihi consilium dederis, priusquam te hortata sim". Et jam colloquium interrumpunt.

CAP. VI. Postridie quam finitum erat convivium Clari filii imperatoris, tertia diei hora Tecla virgo cum duodecim puellis e turri descendit, non prius desistens, quam in tentorium Clari filii imperatoris pervenit, ac multa cum elegantia et urbanitate ad eum accedens inclinato corpore honorifice eum salutat. Quam ille benignissime excipit, quæ sit, interrogans. Illa nomen et originem edit. Deinde ad filium imperatoris: "Nuntium," inquit, "tibi affero Serenæ dominæ meæ, filiæ regis Francorum; id autem agitur, ut hodie te in coenam in turrim invitet cum tanto virorum comitatu, quantus tibi aptissimus videbitur." Atque ubi accepit Clarus filius imperatoris verba puellæ, gaudio exsultans: "Nuntium," inquit, "quem ad aures nostras fers, libentius accipimus, quam quantum est auri rubri in tota Arabiæ terra." — Hæc enim Arabia terra omnium terrarum sub luce solis auro maxime abundat eamque ob causam hanc commemoravit, quod omnes terrarum divitias et gloriam præ gaudio, ad quod invitabatur, pro nihilo habebat. — "Veniemus, "inquit, "cum sexaginta viris e toto comitatu electis, nisi hic numerus nimis magnus vobis videbitur." "Parvus nobis videtur," Tecla inquit, "neque nimius respicientibus, qua dignitate ipse sis, qua sit illa, quæ te in coenam invitavit.

Et jam corpore inclinato filium imperatoris valere jubet et cum comitatu suo abit; mox in turrim revertitur et filiæ regis dicit filium imperatoris invitationem accepisse; idem, quod an-

tea, dicit: Serenam dominam ipsam confessuram esse talem virum numquam eo pervenisse.

Jam vero mox majores quam pro consuetudine in turri sunt apparatus; omnia purpura auro picta et panno holoserico et aliis telis pretiosissimis teguntur, neque usquam ullus locus nudus conspiciebatur, præter eos, quos intectos esse oportebat.

Et comparato convivio Clarus filius imperatoris cum comitibus sub turrim venit; adest Tecla virgo, mox eum et comites summo cum honore per portam castelli usque ad atrium ducens, ubi instructum erat convivium. Ut vero per januam ingressus est, mox adsunt ancillæ cum pelvibus puro auro confectis. Tantus ibi erat splendor, quantum vix oculi ferre possent, quia totum tectum puro auro inductum et opertum fuit, totum atrium picturis motus stellarum et res egregie gestas imitantibus ornatum erat, totum herbis pretiosissimis fragrabat; neque umquam tantus artifex per eam januam venerat, quin ex ea sollertia, quæ ibi conspiciebatur, plura, quam quæ ante cognoverat, discere posset. Tam suavem odorem ibi percipiebant, ut in Paradiso se esse crederent, et quamquam Clarus filius imperatoris in principe terrarum urbe natus erat, nihilo secius summa præstantia ei inesse visa est in omnibus illis rebus magnificis et amoenis, quas hic conspicere licuit.

Serena virgo in imo scamno (longo) sedebat, leæna ante pedes jacente. Tam erat veste magnifica induta, qua nullus oculus hominis viventis splendidiorem vidisset. Neque vero Perum magistrum opinio fefellit eam arte quadam summam oris pulchritudinem occultasse; et quamquam multa venustas inerat, tamen pulchro ori præstantissimus flos detractus erat. Atque ut filius regis cum comitatu per januam ingressus est, statim virgo ei obviam se fert eum omnesque convivas honorifice salutans; ille autem benignissime salutem reddit. Mox lavatio paratur, deinde in principalem sedem ambo una accumbunt, et a latere Clari pro dignitate equites ejus sedent, sed a latere virginis regiæ ancillæ sedes tenent; electi autem sunt ad ministrationem et famulatum illi, quibus in tota Francia nulli sint aptiores.

Jam vero incipit convivium lautissimum cum omnis generis lætitia et optimis dapibus, cum exquisitissimo vino et potu eximio. Etiam Serena domina valde lætam se et benignam præbet hospitibus. Et jam, quum cerevisia circumfertur, filius imperatoris audacius loquitur virgini aperte indicans, quid sui sit negotii: se ejus petendæ causa venisse eamque ob causam cum illa prius quam cum ipso rege agere, quod pro certo noverit propter virginis prudentiam totam regni gubernationem et procurationem non minus ab illa quam a rege pendere; hanc ob rem prius se tentare velle, num hac de re inter se consentire possint. Filia regis verba ejus placidissime accipit, ita ut omnia, quæ illa dicebat, prati instar florere videantur; neque filius imperatoris peractos vitæ dies pluris quam umbram æstimat præ delectatione et gaudio, quæ sibi futura sperat propter verba et benignitatem dominæ Serenæ virginis regiæ.

CAP. VII. Longum est enumerare, quot dapibus pretiosissimis et rarissimis mensæ oneratæ sint: quam ob rem hoc prætereuntes ad ea nos convertamus, quæ filio imperatoris et virgini regiæ instruantur. Nam ultimæ dapes ova leviter cocta apponuntur, quæ post coenam consumere multis viris urbanitate excultis placet. Et jam virgo accepto ovo his verbis filium imperatoris alloquitur: "Placetne tibi," inquit, "Clare domine! qua es humanitate, hoc ovum æquabiliter mecum partiri et alteram partem sumere?" "Libentissime, virgo!" ille inquit. Et mox illa ovum ad os fert se bibere simulans, deinde filio imperatoris tradit. Qui ita ornatus erat, ut togam holosericam et sub ea tunicam gereret spadicem e cyclade confectam, aureis vittis totam splendentem, impositis gemmis circa collum et fimbrias manicarum. Jam duodeviginti annos natus erat. Et jam se parat, ut aulici modo ovum accipiat; sed quum accipit, illa digitis ovum facile impellit. Atque vel levitate ovi, vel culpa virginis fit, ut ovum ei e manu excidat et in adversum sinum effundatur, effusum per pectus et tunicam usque ad balteum effluat.

Tum vero omnia subito mutantur, velut quum horrida tempestas mitem solis splendorem nubibus obducit aut quum adverso vento conflictatur navis, quæ antea ventis secundis ferebatur; jamque rectius *Severa* quam *Serena* vocetur; nam deposita serenitate severitatem tam trucem induit, ut eum insuper his verbis lædat: "En," inquit, "homo nequissime et verbero turpissime, aspice, qualem te præbueris quamque incommode planum pedem e domo matris extuleris, qui non tantum humanitatis cognoveris, ut apud homines urbanos sine dedecore cibum ad os ferre possis. Et mox abi, miserrime rustice, ex hac domo cum omnibus illis erronibus et ribaldis, quos tecum duxisti, si incolumis esse voles!"

Quid multa? Fit, ut mensæ tollantur et filius regis illotus e convivio exeat, ita per portam ejectus, ut mox post eum' claudatur. Jam residet virgo læta et hilaris, omnia bene evenisse

existimans. At ille ad tentoria redit tam erubescens tamque exacerbatus, ut vix assis (= nihili) esse sibi videatur, et potius magnam partem ejus dignitatis, ad quam natus erat, amisisset, quam ut tanto dedecori objiceretur; sed jam res mutari non potest. Et mox post paucos dies viros reditum parare jubet. Quid multa? Ut primum ventum idoneum nactus est, proficiscitur, nulla neque regis neque ceterorum ratione habita. Toga illa spadix cum macula, qua in convivio dominæ inquinata erat, in arca clausa ponitur. Jam solvit et nunc quoque, velut antea, omnia prospere ei cedunt, ita ut omnino incolumis in Saxoniam redeat. Imperator et Perus magister decore eum salutant, ut exspectari poterat, diligenter quærentes, quem exitum iter habuerit. At Clarus de hac re pauca loquitur; et primum quidem de itinere filii imperatoris silentium fuit, nemini enim contumelia ejus cognita fuit, nisi illis, qui una cum eo in turri fuerant; et mortem unicuique minatus erat, si quis hac de re mentionem fecisset.

CAP. VIII. Brevi tempore interjecto in colloquium aliquando conveniunt imperator et filius ejus et Perus magister. Tum filius imperatori omnia, quæ sibi accidissent, percurrit, ab utroque, a patre propter necessitudinem, a Pero magistro propter sapientiam petens, ut sibi ignominiam ulciscenti assint.

Imperator hac narratione acerrima ira commotus dignitatem suam hac re valde læsam existimat et dicit se omnia, quæcunque possit, collaturum, ut hujus ignominiæ poena expetatur, sed ingenue negat se consilio promptum esse aut, quomodo hinc se expediat filius, satis intelligere; omni tamen studio in id incubiturum esse, etiamsi dimidia regni parte constet.

Perus magister dicit stultitiæ esse cum Serena virgine perniciosissima diutius agere: eo majori calamitati illi futurum, quo diutius cum ea certet. Filius imperatoris Pero ait, quo sit ingenio et arte et doctrina instructus, si velit, facile esse poenas a virgine expetere. At Perus magister nihil amplius pollicetur, dicens rem male eventuram, donec Clarus filius imperatoris ita eum alloquitur: "Quid," inquit, "imperatori patri meo profuit te, homo exsecrabilis, inde ex Arabia arcessere, quasi ut mihi adjumento sis meque humanitate et doctrina augeas, si nullam aliam ob causam huc venisti, nisi ut mihi calamitates portendas? nec umquam adhuc sapientia longius progressus es, quam bubulcus aut bulbus putidus. Jam vero alterutrum elige! aut ego hoc gladio exsecrabile et infelix tuum caput abscidam, aut tu e terra (= ex occulto) abditum tuum ingenium, si quod in te est, erue atque exprome consilium, quo contumeliæ meæ ultio expetatur, ita ut nos successum et honorem inde capiamus, tu artis laude et gloria floreas."

Jam Pero magistro res etiam difficilior, quam antea, videtur et post breve tempus: "Etiamsi," inquit, "ad hoc adhibentur omnes regni opes et exiguum illud, quod in me est, ingenium, tamen haud scio, utrum dedecus an gloria prævaleat. Sed si hanc rem suscepturus sum, nullo alio modo fieri potest, nisi ita, ut mihi in tres annos totum imperium in manum tradideritis." Et quamquam imperatori hoc postulatum nimium videtur, tamen ei assentitur. Fit igitur, ut Perus magister omnes imperatoris thesauros totamque imperii gubernationem accipiat, ita ut omnes opifices ceterique cives jussis ac vetitis ejus pareant.

CAP. IX. Primo imperii anno Perus magister omnes statuarios, qui in tota Saxonia peritissimi erant, convocat et signum artificiosum effici jubet; capita et globulos et perticas ære fundi jubet eadem forma, quæ in nobilium ducum tentoriis usurpari solet; hæc omnia perfecto artificio cælari et auro induci jubet; quibus perfectis addit pannos omnis generis coloribus pulcherrimis illis quidem neque tamen admodum pretiosis; inde tentorium instrui jubet, quo magnificentius vix licuit hominum oculis inspicere.

Ante tentorium ursum silvestrem admodum magnum eodem metallo fundi totumque auro induci jubet; in unoquoque pede unus vir inesse poterat, ita autem fuit articulatus, tantoque artificio perfectus, ut, cum viri in eo inerant, quocunque ei imperatum erat, ire videretur. Præterea circa collum ursi torquem fabricandum et inde funem per utrumque ursi latus ferendum curavit; extremæ vero funis partes in adverso illo tentorio, quod commemoravi, fixæ erant; et quotiescunque viri jussi pedes ursi, quo modo dixi, movebant, toties ursus ante tentorium lente incedere et tentorium ad locum constitutum movere videbatur.

Omnes sollertiam, quæ hac in re adhibita esset, valde admirabantur. Hoc autem signum primo anno imperii Peri magistri perfectum est.

CAP. X. Altero imperii anno Perus magister alterum signum priori simillimum perfici jubet; hoc quoque tentorium fuit sed multo magnificentius: nam omnes globuli et venti indices

cum capitibus et perticis puro argento confecta erant, inaurata et cælata; omniaque textis metallicis ornata et magnis corallis inducta. Præterea summa cura utitur in pannis hujus tentorii eligendis, ita ut nullum pannorum genus adhibeatur præter coccum et bliaudum et holosericum (violatum) et eximium et alios pannos pretiosos. Hoc autem tentorium ut pretiosius erat quam illud, ita forma ejus et perfectio majori curæ fuerat.

Ante hoc tentorium magnum leonem fundi jubet puro auro inductum, ipsum puro argento confectum, viventi simillimum, eodem prorsus modo, quo fuit ursus silvestris, instructum eodemque modo ad tentorium deligatum et ita factum, ut quemadmodum illud tentorium ursus, ita hoc (leo) movere posset.

Quisquis hoc signum videbat, negabat ullum ejusmodi manu hominis confectum inveniri. Jam vero prætericrat alter imperii Peri magistri annus.

CAP. XI. Tertio imperii anno Perus magister tertium signum perfici jussit. Hoc quoque tentorium fuit. Omnes hujus tentorii perticæ et globuli et capita et venti indices puro auro facta erant; totum splendentibus gemmis inductum erat et tam perfecto artificio instructum, ut sollertiam adhibitam multo pluris quam ipsam materiam æstimares. Ad hoc panni genera eligit, quæ pretiosissima comparari poterant, ut pallium auro intextum, purpuram, byssum, holosericum, cycladem multaque alia panni genera, quorum nomina non possumus indicare. Omnes hujus tentorii funes auro nexi erant; globulus autem illius perticæ, quæ e medio tentorio eminebat, similis fuit igni flammanti ejus carbunculi, qui in medio positus erat.

Ante hoc tentorium auro puro fundi jubet vulturem, qui mirabili artificio ante hoc tentorium volare videbatur, quocumque Perus magister jusserat, illud secum movens: is quoque torque ornatus erat affixo fune aureis filis nexo qui e collo ad adversam tentorii partem ferebatur.

Et quum hoc tam perfectum artificium conspicitur, omnes videntes admirantur, ita ut omnia, quæ antea facta erant, parvi faciant; tanto etiam hoc majus fuit quam illa, quanto pretiosius fuit. Nec vero quisquam præter Perum magistrum cognovit, cui rei utile futurum esset. Jam absolvitur et perficitur hoc signum tertio anno imperii Peri magistri.

Deinde omnes naves, quas invenit maximas, numero sexaginta, contrahi et omnibus armamentis instrui jussit et omnium generum rebus pretiosis onerari, vino, farina, tritico, melle omnisque generis condimentis herbisque raris. Eximiam navem ipsi filio imperatoris gubernandam instruit singularibus divitiis præter ceteras ornatam. Ad classem autem eligit viros, quos invenit maximos et robustissimos, egregiis armis instructos neque tamen admodum pulchros.

Navibus autem paratis Clarus et Perus magister imperatorem valere jubent; tum proficiscuntur et ad Franciam navigant. Et quum jam non procul abest urbs, ubi habitat Alexander rex, Perus magister vela deduci jubet; deinde exercitu convocato filium imperatoris solum remigio navem prætoriam ad terram impellere, ceteros, dum redeat ille, exspectare jubet. Idque faciunt. Iamque in exiguam vallem eunt ibique Perus magister filio imperatoris: "Quid," inquit", de itinere tuum est consilium? Cogitasne ante oculos virginis regiæ talis prodire? Nonne autem ita te mox cognoscet et ut leporem contemnet?" "Hoc tibi curæ erit," Clarus inquit. Et jam Perus magister e marsupio pannum connexum promit, nodum solvit, inest aliquid cineri simile. Hoc toti ori filii imperatoris affricat, manu cuti ejus graviter impressa, ita ut incalescat os. Post speculo exprompto filium imperatoris se intueri jubet, ut cognoscat se hac ex re nullam deformitatem concepisse; jam videt colorem oris suppalladum factum, ut illis hominibus usu venit, qui procul a frequentia hominum et colore solis habitant. Postea Perus magister: "Opinor," inquit," Serenam dominam te non cognituram. Jam tu et nomen et patriam mutabis. Eskelvardo tibi nomen erit: dices autem filium esse te regis Æthiopum et Serenæ virginis petendæ causa venisse; hoc autem nomen per naves pronuntiari jubebis, poenam capitis proponens, si quis neglexerit." Et jam retro ad naves proficiscuntur. Hoc Clarus per naves comitum pronuntiat; illi autem se, quod jusserit, facturos pollicentur. Deinde vela dant neque prius deducunt, quam ante regis Francorum urbem veniant. Jam retinacula in terram ferunt et naves valde decenter parant. Incolæ sollertiam et decentiam et singularem humanitatem horum virorum valde admirantur. Deinde illi in comissationem, mox cubitum eunt et totam per noctem dormiunt.

CAP. XII. Illucescente die Clarus filius imperatoris cum comitibus surgit. Jam apparebunt inventa Peri magistri; nam primum illud tentorium per foros navis prætoriæ erigitur, et ursus silvestris in terram tarde incedit, dum signum datur, ubi ponatur tentorium. Multo vero gaudio eos afficit ursus, quo loco constitit.

Et hoc ipso tempore Serena domina ad fenestram animi relaxandi causa accedit: classem nuper advectam conspicatur et præterea hoc tentorium eximium, quod radiis solis orientis illustratum totum flammam imitabatur. Inde duæ res animum ejus occupant, admiratio et cupiditas; quicquid enim pretiosi viderat, habere cupiebat; mox Teclam ancillam vocat et imperat, cum puellis, quid rei sit, speculatum descendat.

Illa autem imperio dominæ obtemperans cum comitatu de turri tentorium versus descendit. Et ibi equitibus Alexandri regis occurrens, qui se ad naves contulerant, quis huic classi præesset, interrogavit. Illi autem se scire negaverunt; tam esse insolentem et superbum præfectum, ut nullum responsum redderet. Tamen ad tentorium accedit: atque ei prosperius quam equitibus regis res cedit, ita ut ex optimis comitatus viris et nomen et patriam præfecti cognoscat; mox peracto negotio redit et nuntiat dominæ præfecto nomen esse Eskelvardo, filium esse regis Æthiopum.

Tum regia virgo: "E magnifico", inquit, "classis apparatu satis apparet illam orbis partem, unde hic venerit, huic parti, ubi nos habitamus, divitiis valde præstare, neque enim rem pretiosiorem umquam vidimus, quam est hoc tentorium, quod illi habent. Hoc aut emere aut dono accipere, si fieri poterit, libenter volumus; atque ut hoc agatur, mox de turri cum duodecim puellis descendes et dominum Æthiopem invitabis, ut hoc die cum tot comitibus, quot secum ducere ei placebit, convivium nostrum celebret." "Qua ego ratione," Tecla inquit, "in colloquium incogniti et externi domini venire potero, qui tanta superbia et insolentia sit, ut testentur equites nostri nemini ejus aditum patere?" "Ibis, si oculos servare voles," virgo regia inquit, "et fieri poterit, ut non omnes homines eodem modo tractet."

Et sive pauca sive multa hac de re agunt, Tecla cum puellis ad tentorium descendit et admodum verecunde accedit, exspectans, dum sibi introire liceat; qua venia data mox ad filium imperatoris accedit summa cum urbanitate salutans. Ille autem admodum presse et superbe respondet. Et jam Tecla: "Tibi," inquit, "dominæ nuntium affero Serenæ filiæ regis Francorum, sed id agitur, ut te hodie in convivium cum tot comitibus, quot ducere tibi placeat, in turrim invitet." Dominus tarde respondet; sed opera puellæ demum efficitur, ut se venturum promittat. Tum in turrim redit et dominæ invitationem acceptam esse nuntiat.

Jam vero in turri magni sunt apparatus eodem fere modo, quo antea. Et hora præstituta princeps Æthiopum sum sexaginta viris sub turrim accedit. Adest Tecla virgo eum et comites omni cum honore prosequens. Serena domina hospites summa cum decentia et urbanitate salutat; tum iisdem, quibus antea, locis sedere jubet.

CAP. XIII. Jam incipit magnificum convivium, ut antea. Dominus se valde austerum, at Serena domina admodum lætam et comem se præbet, omni studio in id incumbens, ut eum alacrem reddat. Et quum cerevisia circumfertur, satis exhilaratur. Ac virgo nomen et patriam quærit; ille autem respondet. Tum Serena: "E magnifico," inquit, "classis apparatu satis manifestum est meridionalem orbis partem huic parti divitiis et rebus pretiosis longe præstare; neque enim umquum magnificentius quicquam et pretiosius vidimus, quam magnificum illud, quod vobis est, tentorium. Atque etiam aliqua ex parte eam ob rem te arcessivimus, ut tentorium, sive venale esset, emeremus, sive nobis dare velles, libenter acciperemus. Dominus tarde respondet: neque tentorium venale esse, neque itineri suo propositum, ut mercator fieret. At quo magis ille tergiversatur, eo acrius virgo instat. Et sive plura sive pauciora agunt, ad extremum fit, ut pretium tentorii ille statuat negans se propter ullam aliam rem, quam propter virginis amores, ei illud donaturum. Et jam virgo aliquamdiu silentium tenet; deinde, postquam consideravit, quid arte efficere posset: "Nos," inquit, "nullo pretio ita facere decet, ut pudicitiam tam turpiter vendamus, nisi hac condicione: si promiseris et juraveris te consensu patris me, utpote virginem regiam, reginam in matrimonio habiturum, hoc audebimus." Et quid multa? Evenit, ut dominus sancte promittat; accedunt pacta clandestina et perfecta fides; et jam hoc consilium initur, ut ille mature e convivio decedat, vespere solus ad turrim redeat, assit Tecla, quæ eum introducat. Is autem promittit, ita se compositurum, ut tentorium ab iis, quos miserit domina, mane abduci possit.

Quid multa? Omnia ex composito facta sunt, ita ut dominus mature ex convivio abiret et multo vespere sub turrim rediret ibique adesset Tecla, quæ eum in domum, deinde in solarium, ubi dormiebat virgo, comitaretur. Illa jam cubitum ierat et erecta sedet inducium sericum auro pictum induta; omni benignitate dominum excipit. Deinde cum Tecla veste exuit, tum ille in lectum ascendit. Et Serena domina Teclæ imperat, poculum vespertinum sibi et do-

mino tradat. Tum Tecla urceolum capit, inde in poculum infundit et virgini tradit.

Jam Serena domina dominum alloquitur, interrogans, utrum prior an posterior bibere malit; is autem petit, ut illa prior bibat. Quod facit et ebibit. Postea Tecla in poculum iterum infundit; Eskelvardus autem dominus accipit et bibit; et illico sopitus in lectum resupinus recidit. Virgo autem surgit et vestem induit. Deinde Teclam quinque famulos ex inferiore ædium parte arcessere jubet, quam maximis virgis unicuique comparatis. Qui ut primum ingressi sunt, virgo: "hunc nebulonem," inquit, "qui in lecto est, aggredimini et in terram protrudite; deinde eum ita verberatote, ut mane e somno excitatus satis meminerit!" En, hoc ipsum faciunt, in terram eum protrudunt velut mergitem stramenticium omnemque, quæ inter cervices et calces est, cutem verberibus lacerant, ita ut nusquam integri quicquam sit sed cutis et caro cum cruore virgis affiguntur. Neque tamen ille hac nocte expergiscitur neque altero die prius, quam jam sol in medio coelo est abductumque tentorium jam in thesauro virginis inclusum.

Ille autem e tentorio contumeliose ejectus ad comites jam accedit, turpiter læsus et illud dedecus, quod ante acceperat, præ hoc pro nihilo ducens. Perus magister valde eum commiseratur stultissimi esse dicens cum virgine illa perniciosissima ultra agere. At filius regis eum contra increpat dicens, quamvis magna prudentia excellat, tamen non plus quam caniculam valere. Et nunc tamen cum comitibus hunc per diem comissatur; et quia admodum juvenis erat, mox vires recipit. Omnis autem cura, quam maxime potuerant, in eum adhibent.

CAP. XIV. Jam pauci dies procedunt et mane quodam evenit, ut Serena domina ad fenestram sedens spectaculum videat, quod non mediocriter animum ejus momordit: nam videt leonem rutilo auro fulgentem tentorium, quo nihil magnificentius umquam viderat, post se e navi trahentem. Præ hoc autem illud, quod acceperat, non pluris quam dimidio nummulo stare videbatur; et propter vitiosam illam avaritiam, quæ animum ejus pungit, valde affligitur reputans, quam male omnia comparaverit; mox bonam recipit spem, arte sua et adjumento Teclæ rem prospere cessuram.

Et mox Teclam arcessivit et: "Ubinam gentium," inquit," exemplum ullius hominis inveniemus, qui tot rebus pretiosis abundet, quot ille vir, qui huc venit? Et jam abiens persvadendo ita damnum sarcire conabere, ut nostram invitationem accipiat." Tum Tecla: "Quomodo," inquit, "ita facere potero, ut ante ejus oculos prodeam, quem verbis meis in tantam fraudem impulerim? Atque opinio fert eum aut mihi caput percussurum aut vivam igni crematurum, si ante oculos ejus venerim." "Minime vero," virgo inquit; "omnia melius cedent bonamque spem habe, rem prospere evasuram."

Et re aliquamdiu pertractata iterum evenit, ut Tecla cum puellis ad tentorium descendat, aditum, ut antea, iterum petat, nuntium virginis domino afferat, dicens eam vehementer poenitere, quod illum ita illuserit; jam eam satis intelligere, quam ille sit egregius vir; omnem culpam, quam maxime possit, sarcire et expiare eam velle, si eam convenire velit.

Perus magister negat esse, cur ei fides habeatur; melius esse tentorio moto proficisci, illam cupiditate flagrantem relinquentes. Filio imperatoris aptius videtur iterum fidem ei habere: tam nobili loco ortam esse, ut mores corrigere possit; neque unum jusjurandum (= perjurium) omnia impedire (= infida reddere). (ɔ: nec ei, qui semel pejeraverit, omnem fidem esse abrogandam).

Idem iterum evenit, ut Tecla exspectet (acriter instet) et abeat nuntium dominæ referens dominum se venturum iterum promisisse. Illa propter negotium peractum magnas agit gratias.

Nec multis verbis opus est: filius imperatoris in turrim venit; sed quibus incantationibus virgo eum superet et quam callidis argutiis se multis modis excuset, longum est referre. Iterum fit, quum circumfertur cerevisia et juvenis exhilaratur, ut illa tentorium liceatur. Nec multa. Idem omnino, quod antea, pactum inter eos convenit; quo res evadat, paucis expediri poterit: Eskelvardus vesperi cubitum it, bibit sopitur, verberatur ejicitur æque contumeliose, atque antea; tentorium autem in thesauro virginis absconditur.

Ita læsus et dedecoratus ad suos redit. Jam vero Perus magister et filius imperatoris alter alterum sinistre alloquuntur. Perus magister ei exprobrat, quod ita totam terram pererret suum infortunium petens, et cum tali inimico, qui ei tantæ sit calamitati, certet, quamquam fortuna tantopere eum amico gremio foveat. Quod contra filius imperatoris Perum ait in causa esse hujus calamitatis; ejus fabulis se esse huc inductum; jam vero eum non pluris esse quam coquum nequissimum vel bubulcum; se ad extremum caput ejus percussurum esse et poenas omnis suæ calamitatis ab eo expetiturum, nisi ita rem egerit, ut hæc contumelia extremo in eam, quæ intulerit, vertatur.

Jam iterum per aliquot dies quieti sedent; filio imperatoris brevi melius fit.

CAP. XV. Sequitur, ut narremus Serenam dominam aliquando bene mane ad fenestram accedere, quasi ut res novas et inopinatas cognoscat, si quid ante aures vel oculos pervenire possit. Jam vero vulturem conspicatur alis auro candentibus e navi cum tentorio tam magnifico evolantem, ut neque ante neque postea ullum tale viderit. Vultur autem cum hoc in terra loco a navibus remoto consedit. Virgini jam omnis lux solis præ singulari illo splendore, quem gemmæ hujus signi effundebant, omnino pallescere videbatur. Jam furore et infirmitate pæne capitur; nam duæ res animum ejus movent, una insatiabilis quædam cupiditas, velut antea, altera timor, ne res male cedat; tanta enim hujus tentorii cupiditate incenditur, ut præ hoc illa, quæ ante acceperat, non pluris quam putidum bulbum æstimet. Altera ex parte desperat fore, ut vir optimus, quem jam bis turpissime illuserit, in æternum tempus (= ullo umquam tempore) fidem sibi habeat. Et rursus quum ad se rediit remque consideravit, in bonam spem venit adjumento et consiliis Teclæ idem, quod antea, denuo eventurum.

Et mox puellam advocat et: "Audi, dulcissima Tecla!" inquit, "num in tota terra exemplum inventum est viri nobilis, qui tot rebus tamque pretiosis, quam hic, abundaret?" Tum Tecla: "Quo magis, domina!" inquit, "hunc virum omnibus mortalibus potentia et gloria præstare vides, eo mirabilius semper videatur necesse est, quod cum eo ita agere tibi placet omnesque uno ordine habere. Etiam timendum est, ne ad extremum factorum poenas luas." — "Tace," illa inquit, "neve nobis infortunia vaticinata sis! sed mox ibis eumque ad nos invitabis, quam maxime poteris, culpam excusans." "Libentius vero," Tecla inquit, "e domo vestra abigi et quidvis perpeti velim, quam huic viro tam generoso fraudulenta et mendax denuo videri."

Et postquam diu collocutæ sunt, idem, quod antea, denuo fit, ut penes superiorem arbitrium sit. Tecla autem sequentibus puellis ad tentorium descendit.

Jam vero commemoranda est res quædam exigua, quæ in tentorio evenit, priusquam adveniret virgo. Perus magister e nave tentoriolum acuminatum educit, quod in medio tentorio magno posuit; atque in introitu hujus tentorii limen statuit — quod nos *presköld* appellamus; in hoc aliquid insculpit aut scribit. In hoc tentorium filium imperatoris vocat et, ubi consederunt: "Hæc ita," inquit, "constituo, propterea quod de arte mea actum est, si hæc res male evenerit. Atque id primum specto, ut simul atque virgo, quæ tibi nuntium afferat, per januam ingressa sit, nihil aliud fieri possit, quam ut omnem fidem ad te advertat. En, inquit, annulus aureus; hunc accipe et, ut introierit, accepta manu insere atque ita omnia comprime, ut subter manum calor fiat, et pete, ut tibi fidum ferat auxilium, dicatque, quid sit, cur tu et virgo regia unum idemque poculum ita hauriatis, ut illi nihil noceatur, tu semper eodem sopore premare. Et ei sine fraude promitte, si tibi in his angustiis fidum tulerit auxilium, eam tecum domum profecturam tuamque reginam futuram, nisi ipsa hac re destiterit."

Et quum hoc maxime agunt, Tecla in tentorium venit neque dominum conspicatur: quærenti comites dicunt eum in tentoriolo esse, quod prope ab illa abesit; et jam summa cum verecundia ad januam accedens aditum petit; quo concesso adit. Quæ ut limen ingressa est, colorem mutat, quasi aliquid ei in mentem veniat, quod non antea fuerat. Tum negotium peragere cum summa sollertia et eloquentia properat. Filius autem imperatoris accepta manu annulum inducit, omnia illa verba explicans, quæ ei proposita erant. Tum puella summa cura: "Non intelligo," inquit, "quo modo mutata sim; neque enim fidem dominæ violare velim et intelligo tui non magis quam mei damni me in causa esse velle. Sed quicquid causæ est, id fere forsitan eveniat, quod exspecto, ut lædatur fides, sive mea culpa sive alia arte fiat." Tunc vero Perus magister hæc addit: "Cura," inquit, "amicissima, ne amplius ei fraudulentum illum potum ministres, eique fidum præbe auxilium! Jam enim propter clandestinum illud pactum ei æque devincta es atque conjugi tuo." "Ita res", illa inquit, "se habeat necesse est. Hoc igitur primum dicendum est poculum illud, ex quo bibitis, duplex esse (l. duos habere fundos); illam communem potum e superiore parte bibere; hic autem potus multo dolosior est, quem tu ex inferiore parte bibis quique te sopit." Tum filius imperatoris: "Cura," inquit, "ne diutius eum potum mihi ministres." "Qua tandem ratione," illa inquit, "hoc sine vitæ periculo facere potero? Illa enim poculum inspicit et mox sentiet, si mutatus erit potus; tum vero me manent tormenta." Jam vero Perus magister addit et hoc Teclæ: "Illum potum," inquit, "sumes, quem invenies mitissimum simillimumque illius colori; eoque dimidiam poculi partem miscebis; ita fieri potest, ut illa nihil animadvertat. Et forsitan natura ferat, ut quamquam ille primo sopiatur, hic somnus neque tam gravis neque tam longus fiat quam ille." Jam hoc inter eos convenit.

Deinde ad dominam redit magno rubore suffusa. Serena domina benigne eam excipit, quærens, qua ratione rem peregerit et insuper quam ob causam adeo flagrent ejus genæ. "Mirum mihi videtur," Tecla inquit, "quod hoc e me quæris. An vero teneram puellam non ad extremum deficiet animus viro adeo nobili tam fraudulenta verba afferentem, quam ego in dies afferre jam cogor. Atque etiamsi mihi ipsas carceris tenebras minata eris, tamen hoc negotium non sæpius peragam. At iterum effeci, ut invitationem acciperet." "Gratias tibi agimus," domina inquit, "teque magno præmio remunerabimur."

Quid multa? Filius imperatoris denuo in turrim venit et convivio interest; quot vero blanditias et verba expiantia virgo soluta lingua et summa eloquentia proferat, longum est referre. Omnino idem, quod bis ante compositum erat, inter eos convenit; et quorsus res evadat, brevissime explicari potest; filius imperatoris, ut antea, potat, sopitur, verberatur, læditur, in terram protruditur,

Evenit autem illud, quod prædixerat Perus magister, ut hic somnus non æque gravis, atque ille, fieret; nam mediam sub noctem expergefactus, quamquam toto corpore nonnihil torpebat, tamen satis meminit, ubi quies petenda sit; in lectum virginis ascendit, ibique jucundissimam usque ad mane agit noctem.

Splendente jam sole Tecla ad lectum accedit quærens, nonne jam tempus sit tentorii abducendi. Tum virgo: "Ne moveatur," inquit; "non minus bene ibi quam hic absconditur." "Bene mihi narras, domina," Tecla inquit, "magnamque hæc res habet lætitiam;" deinde abit. Tum filius imperatoris vestem induit et comites petit.

Ac ne longum sit — ille per dimidium mensem omnes noctes apud virginem dormit: quo tempore præterlapso rem regi proponit, illam summo cum honore et gloria, ut juravit, legitimam reginam ducit. Rex dotis nomine tradit omnis generis bona, aurum et res pretiosas tam multas, ut eas ponderare nemo posset. Quæ omnes divitiæ in naves imponuntur. Brevi post filius regis reditum parat; paucis diebus expeditus est, ita ut omnia in naves adducta sint præter magnum illud tentorium, in quo conjuges juvenes dormiebant; ultimam noctem cuncti comites in navibus agunt præter famulos quosdam in eodem, quo domini, tentorio dormientes. Jam virgo magna lætitia et summa delectatione in amplexu domini usque ad mane somnum capit.

CAP. XVI. Jam Serena domina mature expergefacta oculos diducit et circumfert omniaque mira ei videntur. Videt tentorium abductum, abesse omnes famulos, avectas naves, abesse lectum aureis striis distinctum et tegetem purpura confectam cum lodiculis linteis auro pictis: quorum in locum adductam vestem horridam pelliceam. Trabes in planitie positæ sunt, ad quas sunt pali loris horridis fixi, ut pecorum custodes tentoria instituere solent. A dextra lecti parte satanam (= detestabilem hominem) jacentem videt, non parvum et admodum foedum. Corvo nigrior est. Nasus longus et aduncus. Omnino valde fuit deformis. Supinus jacet et more nani miseri stertit; teter mucus e naribus in os defluit, quem cum spiritu tum imbibit tum emittit. Ex omni apparatu reginæ nihil restat præter vestem.

Quæ omnia ubi conspicit, valde admiratur primo se somniari existimans; deinde oculis clausis sentit mentem suam omnino sanam esse. Et jam oculos circumferens hunc hominem nefarium expergiscentem videt et mox ipsam candentibus oculis aspicientem et summa cum ira alloquentem: "Cur tu", inquit, "hic jaces, mala meretrix? Jam prorepe ad patrem. Actum est tempus illud, quo tu mihi curæ fuisti. Pulchre apteque virginitatem vendidisti, justumque habuit superbia exitum. En, avaritia! En, filius imperatoris cum pulchris tentoriis ceterisque divitiis! Merito tua insolentia elusa est. Neque tibi satis fuit cum communi errone aut ribaldo concumbere: illum petisti, qui in tam misera condicione sit, quam ego sum." Tum filia regis magno cum motu: "Si ita se res habet," inquit, "ut mihi verisimillimum videtur, ut in deteriores, quam putaveram, condiciones nupserim, hoc mihi pro merito factum videtur. Sed quid est, quod queramur? Quis dignior est, quam tu ipse, qui eruditionis meæ et urbanitatis fructus percipias? Jam hanc rem in optimum exitum deducamus. Et ego omnino te puro amore ut maritum diligam, neque tu me deseres. Et tibi fidem dabo te regem Francorum futurum. Ubi autem terrarum lege concessum est, ut honesta femina marito vitio det, quod non admodum formosus sit? Etiam longe alius videbere, si ego tibi bonam vestem induero." "Tu ut mihi vestem induas!" ille inquit; "antea infortunium habebis, et ego te ita verberabo, ut non sit tibi tergum durius, quam venter, nisi mox te domum receperis." "Utcumque erit," illa inquit, "tamdiu te sequar, donec salva vita erit."

Quid multa? Ille manus et pedes movet; deinde tibiam a palo proximo pendentem capit ejus generis, quo errones cantant; tum ita furiosus profugit, ut eam neque salutet abiens ne-

que valere jubeat, et temporis momento tam procul abest, ut illa eum oculis non cernat.

Neque vero ex tantis divitiis quicquam ei reliquum est præter solam vestem; eam induit. Et mox eadem via pergit, qua profugit ribaldus. Et quia ire assueta non est, cito defatigatur. At homo nefarius in colle exspectat, dum illa eum assequatur, nullam vero aliam ob causam, nisi ut ei contumelias ingerat, dicens se unumquodque os ejus fracturum, nisi redierit. Illa autem dicit se eum, quicquid perpetiatur, semper secuturam.

Quid multa? Totum per diem usque ad vesperum illa currit, ut tum is ita effugiat, ut vix eum oculis cernere possit, tum exspectet, dum contumeliis eam insectatur, quotiescumque eum assecuta est.

Et quum advesperascit, ad vicum perveniunt. Ibi autem aderant vecturarii quidam, qui nuper advenerant; qui quidem cum mercibus suis terram peragrabant et hoc loco pernoctabant animo læto et hilari bonum vinum potantes. Huc erro introit, mox quærens, num illis placeat ludos cibo potuque commutare. Illi autem dixerunt se, quod cantet, libenter audituros. Tum ille cantare incipit verba scurræ omni modo imitans, ita ut illi, qui assunt, rideant eumque pro errone habeant. At Serena in stramento cubat majore angore oppressa, quam quisquam credere possit. Et ludis finitis erro tantum accipit cibi potusque, quantum consumere possit. Nihil prorsus filiæ regis donat, præterquam quod frustula et ossa ei projicit; atque ad vitam sustentandam hæc edere cogitur, neque umquam tam vilem cibum comedit. Quum autem erro satis edisset et bibisset, se in stramentum projicit; illa autem propter eum quiescere parat. At mox pergunt contumeliæ et minæ, si propius accedat; neque ei licet propius ab eo cubare quam ita, ut locus duobus hominibus inter eos intersit. Neque hac nocte multum capit somni, id quod etiam exspectari poterat.

CAP. XVII. Atque luce oriente hic canis exsecrabilis, ut expergiscitur, iisdem verbis, atque antea, eam lacessit: inutile esse tam vilem meretricem adeo pretiosa veste indutam procedere, ipsum fame perire; aptius esse ipsum sibi coenam parare. Illa summissis verbis omnia ait præter costas se daturam, ut illi melius fiat, quam antea. Et jam, quod minatus est, facit; holosericam vestem ei adimit, mox in forum currit, una coena vestem commutat; tum edit et bibit mulieri tantum, quantum solet, impertiens.

Et quum jam ebrius factus esset, eadem via pergit, qua profecti erant vecturarii; et post eum incerto cursu, ut præcedenti die, filia regis procurrit, ille autem tum eam exspectat et insectatur, tum effugit. Hoc usque ad vesperum fit. Hac tanta contentione illa adeo fatigatur, ut vix intelligat, possitne diutius hoc perpeti. Sub vesperum ad alterum vicum accedunt, quo antea pervenerant iidem vecturarii; ibi omnia eodem modo, quo antecedenti vesperi, eveniunt, ita ut erro ludos coena commutet, illa autem curis ægra, ut antea, jaceat, neque cibum neque potum accipiens, præterquam quod ille ei projicit. De lecto prorsus idem, quod antea, fit. Mane iterum vestimentum mulieris cum coena mutat tamquam accessionem emptionis saccum vilem et laceratum accipiens, quem ei abjicit meliorem pæne esse dicens, quam quo illa digna sit.

Quid multa? Diem ex die procedunt, eandem viam semper sequentes, qua profugiunt vecturarii. Hic Serena domina tantas laborum molestias patitur, ut mirum videatur vitam mulieris tam laute educatæ talia perpeti posse. Sæpissime nudis pedibus ingrediebatur, insuper famem, sitim, calores, frigora perferens et præterea hujus hominis nefarii conviciis et insectationibus lacessita, qui eam sequebatur dies noctesque sollicitans. Ita per duodecim menses vitam agebat.

Et jam aliquando evenit, ut illa ante oculos magnam regiam conspicetur, qualem numquam antea viderat; omnes turres aureæ erant. Huc devertuntur vecturarii. Et jam erro tanta cum celeritate currit, ut illa neque usquam eum assequi neque oculis cernere possit; celeriter tamen pergit, donec eum in via jacentem conspicatur; et jam crus in exiguas partes fregit, ita ut hæ carne nudatæ cernantur; tum ad eum accedit mox cum fletu interrogans, unde tanta calamitas. Ille autem statim cum magna acerbitate respondet: et hoc et cetera mala ejus causa sibi obvenisse; neque illam prius destituram, quam sibi vitam eripuerit." "Tu ne ita dixeris," illa inquit; "omnia enim dare velim, ut condicio tua melior sit." Tum ille: "Id brevi tempore experiri potero; an hoc vitæ meæ utilissimum tibi videtur me hic quam diutissime jacere?" Et illa: "Quid igitur ego facere potero?" "Conare, scelestissima! me humeris tuis ad oppidum portare," ille inquit. "Libentissime vero," illa respondet. Hoc idem evenit, ut illa humeris subeat; et propter corporis magnitudinem magna pedum pars per terram trahitur, quam ob rem ille officium ejus infesto animo accipit. At misera illa, quantam potest, operam dat, ut eum trahat. Qua ex re summo dolore

defatigatur hunc diabolum (= hominem nefarium) summa virium contentione trahens; jam parva omnia quæ ante acciderunt, ei videntur et nunc demum se expertam putat, quid sit miseria. Tamen ad extremum factum est, ut eum ad oppidum et usque ad portam protraheret. Neque vero condicio ei melior fieri videtur. Nam ut ille circumspicit et locum agnoscit: "En," inquit, "jamdiu scio te, canis mala macieque confecta, vitam mihi eripere velle; nunc vero malignitas tua satis apparebat, quum me huc transferebas. Hoc enim est oppidum, in quo mihi sunt plurimæ causæ capitales et ubi plurima facinora commisi; atque ut primum hanc per portam pervenero, recte suspensus ero. Quare me in oppidum trahere ne ausa sis!" Jam vero illa iterum dolorem animo capit, quærens, quid sit consilii. At ille: "Est," inquit, "altera ex parte haud procul a porta spelunca latronum; in ea me abscondе!" Et quamquam non multum aberat, quin illa periret, tamen ei contigit, ut hoc perficeret. Atque ibi propter eum procumbit tam fessa et defatigata, ut inde se movere posse vix sibi videatur.

Neque vero diu cubuerat, quum ille eam quiescere haud passus his verbis increpat: "Quid jam tibi," inquit, "consilii est? Egone propter tuam malignitatem et negligentiam jam inopia moriar?" "Quid hac de re, amicissime, faciam?" illa inquit. Tum ille: "Quid facies? In oppidum te confer et mihi stipem pete!" "Quo modo id facere potero?" illa respondet, "quum tam misera et pauper sim et tam prope a morte absim et præterea neminem in toto oppido agnoscam?" Ad quod ille: "Intra portam," inquit, "loco non remoto, ex hac parte, ubi nos sumus, templum cathedrale est, atque ante illud platea pauperum hominum; eo quotidie oppidani frequenter concurrunt et magnas stipes perpetuo largiuntur: ibi ad januam templi pernoctato, non deerit stips. Neque autem a vero abhorrere videtur me, quum redeas, jam esse mortuum; id quod tu valde optas."

CAP. XVIII. Et sive plura sive pauciora contra affert, fit, ut in oppidum repat potius quam eat, non prius desistens, quam ante januam templi pervenerit; ibi nuda fere pernoctat, fame, siti, pruina, frigore confecta, nullo homine ad eam accedente. Et quum pæne illuxit, sopore premitur. Ac prope tertiam diei horam expergiscitur resonante magno fragore, et e templo exeuntem videt magnam multorum aulicorum turbam pulchre ornatam; et jam spectaculum videt, quod non leviter animum ejus momordit; nam in media hac turba Clarum filium imperatoris agnoscere sibi videtur ita ornatum, ut spadicem illam tunicam gerat et lembus (= macula ovi) per pectus ad balteum decurrat. Neque ex his aulicis cuiquam illa tantæ curæ est, ut eam inspiciat, ubi misera sedet, præter unum Clarum filium imperatoris. Is ad eam e turba secedit nullam aliam ob causam nisi ut auri ejus colaphum tam gravem infligat, ut ad murum, ad quem sedet, etiam gravius contundatur; ita ut prope sit, ut animo deficiat. Deinde abit nullo verbo allato.

Atque ubi animum recipit, ex oppido eadem via, qua introierat, exire conatur, novo dolore oppressa; hic enim metus non leviter animum ejus pungit, ne forte Clarus ipsam, quamquam sui dissimillimam, agnoverit; neque enim etiamnunc adeo emortua est superbia, ut non ei omni dolore acerbius videatur, si ipsam Clarus talem agnoverit.

Et quum hac via procedit, ei obviam venit homo, speciem ferens rustici, qui eam benigne salutat et his verbis alloquitur: "Satis," inquit, "intelligo, te, amicissima, formosissimum et suavissimum caput fuisse, antequam fortuna te offenderet. Et tu mihi dixeris, quid te maximo dolore afficiat." Tum illa: "Multa quidem," inquit, "me angunt, sed illud vel maxime, quod extra urbem mihi est pauper vir, qui os fregit et prope a morte abest; neque habeo, quo eum adjuvem." "Pium sane officium," ille inquit, "et nunc a me tantum accipe pecuniæ, quantum satis sit ad utrumque vestrum hodie sustentandum." "Deus tibi hoc remuneretur!" illa respondet, "sed quia neque quemquam ex oppidanis cognovi neque ubi sit forum, scio, per Deum a te peto, ipse pro me pecuniam adhibeas mihique cibaria des." Tum ille: "Hoc quidem libentissime faciam, si ita tibi melius videbitur." Mox decedit et breve post tempus revertitur magnam cibi copiam in unum diem et urceolum ferens. Illa cupida et læta accipit maximas propter beneficium gratias agens; jam nullum fere dolorem sentire sibi videtur, quoniam habet, quod homini afferat; nam scire se existimat, quid passura fuerit, si ita redisset, ut nihil ei afferret.

Nec prius constitit, quam ad eum pervenit. Ibi denuo idem fit, ut ille eam malignitate et conviciis insectetur: eam ob causam tam sero illam venisse, quod tandem sibi vitam eripere vellet; vitæ suæ illam insidiatam, fami et frigori ipsum objiciendo. Illa ad verba ejus submissius respondet: tantum abesse, ut eum vita privare vellet, ut libentissime vitam suam profunderet, si ei melius, quam antea, fieret. Neque his verbis placatur; tamen se erigit et avidissime edit, neque vorantem inspicienti cer-

nere licet eum fracto crure laborare: mulieri turpiter minimeque liberaliter, ut solet, impertitur.

Quid multa? Ille eam iterum, ut antea, sub divo pernoctare jubet. Et quorsus hoc evadat, paucis expediri potest: illa eodem dolore, quo antea. oppressa sedet; alterum colaphum accipit, eidem homini occurrit; eodem modo, quo die antecedenti, stipe donatur; tum redit; eandem habet laboris remunerationem, minas et convicia.

Denuo eam tertium sub divo pernoctare jubet. Jam illa multa excusat, nam ante omnia quam maxime metuit, ne Claro filio imperatoris occurrat. At tamen ire cogitur. Nec multa; tertiam noctem pervigilat, tertius colaphus ei infringitur; deinde abiens in platea eidem homini, cui bis ante, occurrit. Qui jam ita eam alloquitur: "Miseret me tui," inquit, "mulier a Deo creata, quod magno dolore oppressa et semper lacrimans huc quotidie pervenis. Quare a te peto, me domum sequare, ut vitam sustentes, quum summa necessitate premaris." "Nullo id modo facere possum," illa inquit, "neque mihi ulli utilitati erit auxilium, nisi misero illi pauperi allatum sit adjumentum, qui ante urbem jacet et mox morietur, nisi ei medicina parata erit." "Fac id, quod oro," ille inquit, "fieri enim potest, ut vir ille æger jam bona quiete utatur." Et jam mulierem manu prehensa invitam fere secum domum abducit; nam propter amorem iis verbis vix potest fidem habere, quæ ille de quiete ægri hominis dixit. Atque ut domum ingressa est, ille copiosissimas dapes cum vinis exquisitissimis apponit; ipse assidens edere hortatur maximaque spe oblata consolatur: postea omnia meliora futura; jam gravissimam vitæ partem peractam. Jam vero illa his cunctis rebus commota aliqua ex parte animum recipit et lætior fit, quasi aliquam prioris vitæ suavitatem percipiat.

CAP. XIX. Atque ut cibo vinoque satis refecta est, hospes surgit atque ad eam accedit manuque ei imposita laceram illam vestem, quam gerebat, exuit, et veste regia, qualem ante gesserat, eam ornat. Tum eam manu prehensa per conclavia secum ducit, donec ad atrium immensæ magnitudinis duabus portis instructum perveniunt.

Et nunc res miro modo se habere ei videtur: nam Teclam carissimam ancillam cum magno puellarum comitatu obviam se ferentem agnoscere sibi videtur, mox omnes procurrentes et his verbis alloquentes: "Deus tibi, domina carissima, volens propitius assit!" Et jam eam summo cum honore ac magnifico apparatu prosequuntur. Jam vix intelligit, quantum ex his pro vero habeat, quamquam læti aliquid oculis subit; nam propter tantam illam tempestatem, qua conflictata est, nubes dolorum animi aciem tanta caligine induxit, ut vix sperare audeat placidiores dies venturos, quæcunque oculis subeunt, pro somniis existimans.

Et tamdiu illam prosequuntur, dum in conclave pulcherrimum neque vero admodum magnum perveniant. Neque insunt multi. Hic in solio sedentem videt Clarum filium imperatoris deposita tunica maculis inquinata. Qui, ut per januam ingressa est, magna cum decentia ad eam salutandam surgit, manuque prehensa, osculans propter se assidere jubet petens, Deus propitius illi assit. Tum his verbis eam alloquitur: "Jam tu, Serena domina," inquit, "huc venisti, postquam incredibiles labores et molestias tanta patientia tamque singulari virtute passa es. Utriusque enim rei diutissime memoria manebit, et qua ferocitate ante fueris, et quanta fidelitate te postea in tanta sollicitatione præbueris." — "En, aspice," inquit, manu scamnum longum monstrans, "erronem illum fracto crure, qui hunc totum annum te insecutus est, arte et subdolo animo crucians et lacessens! neque vero alius est quam Perus magister. Et jam propter constantiam tuam et singularem fidelitatem te omnis culpæ solutam et nobiscum reconciliatam et omni eo honore, ad quem nata es, dignissimam judicamus. Et jam intellige etiam plures, quam te solam, arte valere! Tibi vero, Tecla domina, hoc dicere oportet nos confiteri tibi in Francia sancte nos promisisse, tum quum nos angustiis solvebas, te nobiscum in Saxoniam profecturam nostramque reginam futuram; quod promissum sanctissime servabimus, nisi ipsa benevolo concessu destiteris."

Tum Tecla domina respondet se dominæ libenter cessuram eique liberum dominum conjugemque redditúram, cum omni honore et dignitate, quam Deus ei die nuptiali donaverit. "Quod contra," inquit, "exspecto, ut mihi bonam condicionem paretis, quæ me nobilissimo loco orta digna videbitur." Atque eum exitum habet oratio, ut primus Clarus et Serena domina cum toto consessu ei propter fidelitatem agant gratias.

Atque hæc omnia ita eveniunt, ut Serena domina omni reginæ dignitate et magnifico honore ornetur atque in gratiam et caritatem conjugis Clari filii imperatoris reconcilietur. Is autem Teclam dominam viro, quo in tota Saxonia nemo erat clarior, in matrimonium dedit, ita ut sua sorte valde contenta esset.

Et nunc dixerit quispiam ad finem perductam esse fabellam; jam vero paucis aperte indi-

candum est, unde hoc effectum sit. Hæc enim omnia nulla alia re nisi consilio Clari filii imperatoris et arte Peri magistri, ut fraudis, qua illa ante Clarum petierat, ultio expeteretur. Illud quoque plurimi pro certo habent Perum magistrum ante superiorem discessurum fuisse, si voluisset; sed ei non inutile visum Clarum ita affligi, quod ipsius consiliis uti noluisset. Et revera id evenit, quod Serenæ fieri visum est, ut, qua nocte tentoria filiæ regis abducta essent, eadem Clarus filius imperatoris cum tota classe domum in Saxoniam proficisceretur, sequente Tecla domina relictis autem Serena et Pero magistro, qui eam multis erroribus et artibus illaque fraude, de qua jam aliquamdiu mentio facta est, illuderet. Vecturarii autem, quos commemoravimus, a Claro electi erant, qui iis viam monstrarent et cibum quotidianum pararent. Hæc omnia (Clarus et Perus) eam ob causam fecerunt, ut constantiam (Serenæ) tentarent; nam ne minimæ quidem illis curæ erat, bene an male illa se haberet; neque minus illis placuisset, si domum patris redisset. Illa autem hunc omnem angorem et molestiam nulla re nisi sua ipsius virtute et simplicitate pertulit, utpote quæ crederet huic viro tam fœdo se nupsisse, qui eam in dies insequeretur et cruciaret; omnia autem despexit et præterea patrem, propinquos, amicos omnemque, quæ in terris acquiri possit, gloriam, his omnibus rebus liberam paupertatem cum misero illo mendico anteponens, et ita se ipsam insigne præbens exemplum, quo modo bonas feminas deceat fidem in maritos vel sponsos servare. Quapropter etiam ad extremum pro merito res ei cessit, ita ut eam remunerationem acciperet, quam singulari illa constantia meruerat, neque paupertate periret mulier tam nobilis, sed potentissima exsisteret totius Saxoniæ regina, semper postea summo gaudio cum conjuge divitias, gloriam, dignitatem, delectationem cum honore regio participans. — Et hunc habet finem fabella Clari filii imperatoris et Serenæ dominæ filiæ regis Francorum.

DATE DUE

MR 9-'71			